que ope gerit: aliud iusticia que
cogitacione admittit. **P**rius actio rese-
canda: postea cogitacio: prius praua o-
pa. postea desideria. **V**icissim ḡ. a cogi-

Sym

tacione opa pcedit: et ab ope cogitatio
 nascit. Quamvis ab ope malo quis vacet: ip
 solus prave cogitacionis malicia no erit
 innocens. Vn dñs p ysaiam. Aufer te m
 quit malū cogitacionem vram ab oculis
 meis. No solū facis. sed etiā cogitacionibz
 delinquim: si eis illicite occurrētibz delai
 mur. Sicut viperā a filiis in vterō positā
 dilacerata pmit: sic cogitaciones nostre
 int nos emittē occidūt et cōcepte mterius
 vipers veneno cōsumūt: etiāqz mām cru
 deli vlnē pmiūt. Dū vnusquisqz diuina
 illuatiōe puenit: statim molestis tur
 piū cogitacionū pulsāt. Dei uēs seruus
 iudicio timoris dñi temptamēta a se rei
 cit: bonisqz cont obiectis cogitacionibz tur
 pes a se repellit. Magna obseruācia ar
 ta cordis custodia est adhibenda: qz boē
 uel male rei ibi cōsistit origo. Nam scriptū
 est. Ex corde exeunt cogitaciones male.
 Si g cogitacioni prave resistim: in lapsū
 opis non incrimim. Plerūqz ex bonis opibz
 discim: qntā uite mūdiciā in cogitacionē
 construam. Pene cūcta bona opa ex co
 gitacione pdeunt: sed sunt nōnulla cogi
 tacionis acūmā. que ex opacione nascūt.
 Rā sicut ab aīa opus sumit: ita rursus
 ab ope aīm erudit. Valde g. notē est
 ut cū cogitatio cont usum ducit: pting
 mētis oculus ad opa reuocet tūfacta.
 In sola nōniqz cogitacione delinquit: et qz
 ad opus nō puenit culpa neqz ad cruci
 atū puenit penitēcia: sed cogitatu af =

fluctio mente cuius erigit. qui tñmō cogitata
iniquitas polluit. **R**ōnūq̄ in ipō orōnis nre
sacrificiō importane se cogitaciōes ingerūt. q̄
nre uel maculare valeant. qđ in nobis deo
flentes imolamq. Amēs qui uel illicita appetūt
uel in hoc mūdo aliquid uideri uolūt. Sensus
cogitaciōnū tumultibq̄ in corde cōpmūt. mare
significat mente homīs. Q̄ fluctus maris co
gitaciōes mētis: que aliqn̄ p̄ nram itime scūt
p̄ grām tranquilli fiunt. p̄ odiū cū amari
tudine defluunt. Mens quippe hūana quot
temptaciōibq̄ agit: q̄ tot fluctibq̄ mouet.
Dicit quidā senex. Non quia intrant i nos
cogitaciōes male condēpnam: sed si male u
tmi cogitaciōibq̄. fit em̄ ut p̄ cogitaciōes nau
fragiū pariam: et iterū cogitaciōibq̄ toro
hemur. **De sermone. xxxvi.**

Exm

Ubi sermones in ore xp̄iam eē nō
debent. Sā sicut mores malos collo
quia bona corrigūt: ita praua colloq̄a bo
nos mores corrūpūt. Custodia ori p̄mit:
dū quisq̄ nō se iustū sed qđ magis uerū est
p̄tore fatet. Manū sup̄ os p̄mit: qui uerbis
opibus lingue excessum opit. Manū sup̄ os
p̄mit: qui male locutiōis culpā uel amē
bone actionis tegit. **P**reuidedū qđ est quid.
cui. q̄ndo. ul̄ quomō. aliquid p̄ferit. Bene
loquit: qui ea que rēa sunt hūilit̄ annūciare
uidet. Corde bene loquit: qui caritate non
simulat. Ore bene loquit: qui alios bonis
exemplis ueritate annūciat. **F**actis bene
loquit: qui alios bonis exemplis edificat.
Aiali mala respondet p̄ bonis. et adūsā

p optimis: boni bona respondet p malis. et p
 pa p aduersis. Aduersus conuicium lingue. ad
 hibenda e fortitudo patientie: ut temptatio que
 foris uerbis impugnat. tolerantie uirtute deuit
 in discedat. Dicebat quida prim. Du sederet
 aliqui seniores et loqueret sermonem de edifica
 tiombus. erant unq int eos prudq: et uidit a
 gelos manus agitantes et lauantes eos. Ut ue
 nit aut locutio secularis. discedebat angeli
 et uoluntabat porci int eos plerum fetoribus.
 et polluebant. Cu aut rursus loqueret de e
 dificatione: uenientes itm angeli et lauabant
 eos. fr quida interrogauit senem dicens. Si qb
 firm aduileit ad me de foris sermones: uis
 ut dica ei. ut no eos afferat ad me. Rndit
 senex. Roli. Et dixit fr. Quare. Respondit.
 Quia nec nos potuimus illud custodire. Et dix
 it fr. Quid g. debet fieri. Rndit senex. Si
 uolumus taciturnitate seruare: sufficiat pmo
 modus ipse.

Ex. 71

Ex. 71

De taciturnitate capitulum xxxvii

Lingua discrete frenada est: no inso
 lubit obligada. Scriptu est. Sapies
 tatebit usq ad tpe: ut in mntu cum
 oportuni considerat postpota res sua silen
 tii. loquedo que congruunt in usum se utili
 tatis impedit. De tacedi atq loquedi resum
 p salomone di. Tempus tacerendi: et tpe loq
 di. Discrete uicissitudinu pensanda sunt
 tpa: ne aut cu restringi lingua debet. per
 uerba inutilia defluat: aut cu loqui ualuit
 pt semetipam pigre restringat. Quia sit

utilitas silentii tractantibus: psalmista responde-
runt ait. Pone domine custodiam ori meo: et ostium
circumstantie labijs meis. Non enim ponit ori
suo parietem sed ostium petit: quod iude claudit
et claudit. Unde et nobis caute dicendum est
quatinus os discrete et congruo tempore vox ape-
riat. et rursus congruo taciturnitas claudat.
Qui proximi mala respiciunt. et tamen in silentio
quam premunt. quasi respectibus. In lineisq; usum me-
dicamentum subtrahunt: et eos mortis auctores
fiunt: quo virum quod poterant curare noluerunt.
Sicut quidam interrogavit monachum puerum dicens.
Bonum est loqui an tace fili? Respondit. Si
sunt verba orosa dimitte ea: si autem bona non
dum pertinhas. Dixit quidam abbas amon.
Si sit necessitas cum vicino loquendi: videtur tibi
ut de scripturis loquar cum eo. aut de senten-
tijs sanctorum. Respondit. Si non potes tace: bo-
num est magis de verbis sanctorum loquaris
quam de scripturis. Periculosa enim est non parum.
Dixit quidam senex. Homo si verbum quidem ha-
beat. opera vero non habeat: assimilabit ar-
bori folia non autem fructum habenti. Sicut ar-
bor fructibus plena et folijs. sic sermo conse-
quitur hominem qui habet opera bona. De multilo-
quo scriptum est. In multiloquo quis. xxxviii
non effugies periculum: et qui multis u-
titur verbis ledit animam suam: et vir hi-
guosus non diriget super terram. Si in multiloquo
extollimur: coram deo non absolvimur. Unde melius
est ut orantes deum dicamus. Pone domine custo-
diam ori meo et ostium circumstantie labijs me-
is: et non declines cor meum in verba malicie.

Sym

Sym

Sym

A viridibus

De multiloquo

Qui multiloquo vacant: diligent aspiciant. a
 quito statu rectitudinis depererunt qui p̄ multipli-
 ca uerba dilabunt. Huana etej mens aque
 more clausa ad supiora colligit: qz illud repe-
 tit un̄ descendit: et relaxata deperit. quise-
 p̄ infima mutabit spargit. Qui supuacius ubi
 a silencie sensum dissipat: qz tot riuus exte-
 se diuit. Redire ḡ mens interius ad sui cog-
 mone non suffiat: qz p̄ multiloquū sp̄sa
 a secreto se intime confideantōis excludit.
 Totū se hostis insidiatis uincibz detegit: qz
 se a munitione custodie nō circumcludit. In p̄-
 uerbis septū ē. Sicut uerba patens et absq̄
 murōū ambitu: ita un̄ qui nō p̄t in loquēdo
 cohibe linguā suā. Quia murōū ambitū nō
 habet patet inimici iaculis ciuitas metis:
 et cū se p̄ uerba ex. semetip̄am ciat. apta
 se aduersario ostendit. Plerūqz p̄ quosdā ḡ-
 dus desiderosa mens lapsa in foveā impellit:
 et dū onosa uerba cauere negligit. ad nox-
 ia puenit. ut p̄us loqui aliena libeat. postea
 detractionibus uita de quibz loquitur mordet:
 ad extremū usqz ad aptas lingue cōtūelias
 eripat. **P**effrenationē lingue. seminant
 ne stimuli: oriūt rive. accendūt faces odi-
 orū: Pax extinguitur cordiū. **Q** multilo-
 quo deseruēs rectitudinē iusticie tene non
 possit: testat̄ ap̄ha qui ait. **U**n̄ linguosqz
 non diriget sup̄ terrā. Et salomō. **I**n ml-
 tiloquo pacē non decrit. Et ysaas. Custos
 iusticie silētiū. mentis em̄ iusticia desolat:
 qz ab imodecāta locutione nō parat. **H**ic
 iacobus ait. **S**i quis putat se religiosū eē

non refrenas linguam suam sed seducens cor suum.
huiusmodi vana est religio. Præterea homines sicut in sensu
leues sunt. ita et in locutione precipites. et reti-
cere pertractando negligunt que loquuntur. sed quod leuis
conscientia concepit. leuior partim lingua producat.
P semetipsum veritas nos admonet dicens. De
verbo otioso quod locuti fuerit homines. reddet de
eo rationem in die iudicii. Otiosum ubi est quod
aut ratione iuste necessitatis aut intentione pie utilita-
tis caret. **S**i ergo incipio de otioso sermone exi-
pensam que pena multiloquium maneat. in quo
etiam pernoxia verba peccant. **D**ixit abbas sysoy.
Crede michi quod eam triginta annos habeo quod non
deprecator deum pro peccatis. sed orans dico. Domine protege
me a lingua mea. et usque nunc per singulos dies
corruo pro peccatis et delinquo. **A**bbas martharus
maior dicebat fratribus. **P**ost missas eme fugite
fratres. **R**espondit unus frater. **P**er quo habemus fugere
a solitudine ista. **E**t ille digitum oris ponebat di-
cens. **I**stud est quod fugiendum dico. **E**t sic intra-
bat in cellam suam. et claudens ostium sedebat so-
lus. **D**ixit abbas sysoy. **P**egermano manum inhi-
est. ut teneat homo os suum. **D**ixit abbas ype-
ricus. **M**onachus qui non retinet linguam in
tempe furoris. neque passiones retentas poterit
aliquando inhibere. **D**ixit abbas longinus abbati
lucio. **H**abeo cogitationem ut ad peregriandum
pergam. **R**espondit senex. **S**i tenueris linguam tuam
quoquoque preveris pegerinus eris. **R**efrena hic
linguam tuam. et eris etiam hic pegerinus. **S**i dixit
it abbati sysoy. **D**esidero custodire cor meum. **R**espondit.
Et quomodo possumus custodire cor. si lingua nostra
ianua aperta habuerit. **D**e collatione. **rrrr.**

Ex.

Ex.

Ex.

Ex.

Ex.

Ex.

Quoniam sit utilis ad instruendum laico: ad hanc collatione maiorem intelligentiam prebet. Melius enim est conferre quam legere. Collatio donabilitate fit. Quod enim ob sanum aut dubium est: conferendo citius percipiat. Sicut collatio instruit: ita contentio destruit. Lectio memorie auxilio indiget. Quod si fuerit naturaliter tardior: frequentius tamen meditatione citius ac legendi assiduitate colligit. Sepe plura lectio longitudinis causa memoriae legentis obligat. Quod si brevis sit: submotusque libro sententia retractet in animo. tunc sine labore legit: et ea que laici sunt memoriae recolendo minime excidunt. Acceptabilior est sensibus lectio tacita quam aperta. Amplius enim intellectus instruit: cum vox legentis quiescat: et sub silencio lingua mouet. Nam clare legendo et corpus lassat: et uocis acumen obtundit. Dicit abbas pelagius. Oportet etiam secundum dominum uoluntate conuersante aut discrete fideliter que nescit: aut dore manifeste quod nouit. Si autem utriusque non uult cum possit: in fame morbo laborat. Inimicum enim recedendi a deo: fastidium doctrine est. Dicit abbas pastor. Qui que rulosos est: monachus non est. Qui frigidus est: monachus non est. Qui uicinus est: monachus non est. Qui uere monachus est: humilis est semper et quietus et caritate plenus: et timore dei pre oculis habet: et cor suum custodit. Intus gatus est senex. Quid est quod legit: uia angusta et arcta? Respondit. Angusta et arcta uia est: ut cogitantibus suis homo uolentiam faciat: et abscondat apud deum uoluntates suas. Hoc est

Ex^m

Ex^m

Ex^m

Exm

Exm

quod etiam scriptum est. Ecce nos reliquimus omnia: et secuti sumus te. Dicit Seneca. Monachus cotidie mane et sero cogitet quid fecerit eorum que vult deus. et quid non fecerit: et ita tractas omnem vitam suam penitentiam agendo poterit saluus esse. Dicit Seneca. Dormiete te aut surgete. uel aliud quid faciente: si fuerit deus ante oculos tuos. in nullo te inimicus poterit nocere. Si bona cogitatio fuerit in homine: etiam dei virtus manet in eo.

Duo sunt erga dilectione **De dilectione. vi.**
Primi conseruanda: unum ne malum inferat alterum ut bonum impedit: primum ut caueat ledere: postea ut discat prestare. Amicitia est amorum societas. Hec a duobus incipit. Nam minus quam inter duos dilectio esse non potest. Tunc uero amicus amat: si non pro se sed pro deo amet. Qui pro se amicum diligit: insipienter eum amplectitur: aultum in terra immergitur est: qui carnaliter hominem mortuarum plus diligit quam oportet. Non debet aliena uicia corrumpere: qui adhuc uiciorum cogitationibus feruit. Improbum enim est arguere quem in alio: quando adhuc reprehendit in semetipso. Qui uult fratrem corrumpere et sanare infirmitate. tale se praeuere fratris utilitati studeat: ut quem cumque cupit humili corde admoneat: et hoc quod ex compassione communis periculi: ne forte et ipse subiciat temptationem. Sicut uiri spirituales alium pro emendatione expetunt. ita peccati delinquentibus deridendo insultant: et quantum in ipsis est insanabiles putant: nec declinant cor ad compatendi misericordiam: sed detestantur et blasphemant. Plerique correptionem suam caritate existimant. sed quod ex caritate

event

tate corripuit. ad iniurie contumeliam trahit: un-
 gent ut ex eo detiores efficiant. p qd emedam
 obediendo potuerit. Salubrit accipit iusti. quo
 ciens de suis excessibus arguit. iniquis ues mo-
 lesta et amara e disciplina iusticie: nec delect-
 tant nisi aprie placetibus imbecillitati. Corda repro-
 ru lubrica sunt ad malu consencidit et fluxa: ad
 bonu ues consencidit duiissima. De talibus salo-
 mo ait. Qui erudit derisoru: ipse sibi iniuria factu.
 De bonis inquit. Dote iustu: et festinabit acci-
 pe. In odium tot corripiente malis se erigit. Si
 ab irreparabile reuocemur qd g nob odia insurge
 formidamus: no iam dei lucra sed ma qrmq. Dei
 endu e q nonuq cu redarguit prauu detiores
 fut: nosq odib magnis insequit. Ipiis g no
 nobis pmi: si ab eoru redarguione p eoru
 amore cessamus. Rar e aliqui ut tolemu tardo
 odiosos qd sunt: qrmq p nos disant ee qd no st.
 Qui arguente se odit: stultu e. Sed qz apius
 ait. corripite inqetos consolamur pusillanimes
 suscipite infirmos. pacetes estote ad omes: ne-
 cesse e ut hic pia prm correptionis ponamus ex-
 epla. Offendit aliqui fr m congregacione: et ex-
 pulsus est foris. Expulsus aut misit se i car-
 cere: et fleuit ibi. Cotigit aut ut alii frs
 eutes ad abbate pastore audiret eu plorante:
 et descendetes ad eu inueniret magno labore
 constructu. Et rogauerunt eu ut iret ad senem
 illu solitariu. Et no acceperit dicens. In hoc loco
 moriar. Venetes ues ad abbate pastorem:
 narrauerunt ei de eo. Et rogauit ut iret ad
 eu dicentes. Abbas pastor uocat te. Qui cum
 ei dixissent: venit ad eu. Que uides senex

Ex. 11

afflictū. surrexit et osculatus est eū: et congaui-
dens ei. rogauit ut sumeret cibū. Et ita fecit. **fr.**
quidā dixit abbati pastori. **fea** parū grande: et
uolo triennio penitē. **pn̄dit** **q̄**ultū est. Et dixit
fr. Iubes unū añū: Et ait senex. **q̄**ultū est.
Cui p̄ntes erant dixerūt. **Usq̄** ad quadragimā
dies. Senex iterū dixit. **q̄**ultū est. Et adiecit.
Ego puto q̄ si toto corde penituerit homo. et
non apposuerit facē iterū unū penitēciā agat:
eciā triuianā p̄miam suscipiat deus. Interro-
gauit quidā abbatē pastore dices. **Quo** opus
est ieiunare? **pn̄dit.** Ego uolo ut cotidie ma-
ducās. paululū subtrahat sibi ne faciet. Et
dixit abbas ioseph. Ergo q̄n̄ eris iuuenis
non ieiunabas uiduo? **Crede m̄:** q̄ et tōuo
et eb̄dōdā. **Sed** hec oīa p̄bauert senes mag-
m̄. et muenerūt q̄ est cotidie manducare
parū sibi subtrahentib: et oñderūt nobis
uiam hanc regale. q̄ leuior ē et facili.

A p̄ud:

O **De zelo pastoralis officij. xli.**
zibus sp̄ualis zelus doctoris ar̄mū
frigit: q̄ ualde cruciat: dū infirmo
quosq̄ etna desere rebus t̄p̄alib: delam̄ tō-
sp̄nat. Nullū quippe deo tale ē sacrificiū quale
ē zelus aīarū: sicut **p̄** ait **Zelus** dom̄ tue
comēdit me. **Quitū** frivua cordis que p̄ sp̄i-
tale zelū agit d̄n̄o placeat apte oñdit: cū
offerri p̄ legē simla in sacrificio iubet. **Sep-**
tū quippe ē. **In** sartagine oleo cōsp̄sa friga-
t: offeratq̄ eam calidā in odore suauissim̄
d̄no sacerdos qui p̄i iure successit: et totū

cremabit^r in altari. Tunc simila in oleo fri-
 cat^r: cū mūda mens iusti p̄ zeli rā ardore
 cremat. Que rō sp̄i oleo iubet^r: qui cari-
 tatis et m̄e viscerū in rō sp̄i dei luēt et
 ardent. Vñ et calida in odore suauitatis
 offerri dno p̄cipit: qz si amore zelus nō
 habet. ea que de sartagine offert calore
 simila amittit. Notādiū quis sit qui simila
 offerre p̄cipit: videlicet sacerdos qui p̄i
 iure successerit. Ille sacerdos qui p̄i iure
 succedit. qui se eē dei filiū moribz demō-
 strat: et qui a nobilitate intima op̄m ig-
 nobilitate nō discrepat. Simila in sarta-
 gine ē mens iusti in zeli sp̄ialis afflic-
 tione: qui p̄ sollicitudinē aīarū fricat^r: et
 nō solū sacrificiū sed etiā holocaustū eē
 dno deputat. Dumamq; g' sartagine fer-
 reā et ponamq; eā murū int' nos et ciuē ferreū
 tate: id ē assumamq; zelū forte. ut int' nos
 et auditoris nrī animā iuemamq; hūc post-
 modū forte munitionē. Tūc em̄ murum
 ferreū mūcturi sumq;. si nō eū fortit tene-
 inq;. Videlicet docendo: custodiēdo: suadē-
 do: increpādo: mulcēdo: terredō: aliqn̄
 etiā seuerius agendo. Qui g' zelo rēti-
 tudinis mouet^r sic culpas delinquentū cor-
 rigit. ut an̄ ip̄e qui corrigit p̄ paciēciam
 crescat: ut feruore suū t̄nscedēdo diuidi-
 ret: ne intēpant' excitatus ip̄o zelo rē-
 tudinis longe a zelo rēitudinis aberrēt. Discreadē

Quoniam omnia de doctrine disciplina
 una eademq; doctrina ē adhibenda
 sed p̄ qualitate morū diuisa erit

exhortatio doctorū. Quosdā increpacio dicitur
quosdā exhortatio corrigit blanda. Sicut piti
medici ad uarios corporis morbos diuerso medi
caminē seruiūt. ita ut uix uulnerū uarietate
medicina diuisa sit: ita et doctor eamē simi
lis quibusq; congruū doctrine debet remediū ad
hibere. **P**rima prudētie uirtus ē: eā quā de
cere oporteat existimare psonā. **A**lterage
dū ē erga eos qui cōmittūt nō regimū
si offendūt: alit tū hys qui nobis cōmissi nō
sunt. **Q**ui iusti sunt uenerēdi sūt: si uero
delinquit q̄ sola caritate corripiedi sunt
nō tū seueritate sicut qui nobis regēdi cōm
si sūt. **P** malo merito plebis auferit doctrina
p̄dicatiois: p̄ bono merito audietis. **T**ertio
mo doctori. **I**n p̄tate diuina cōsistit cui ue
lit doctrine dare uerba uel auferre: et hoc
aut p̄ dicētis aut p̄ audietis fit merito.
Qui docēdi accipit officium: mēdū ad tēp̄
mala p̄ximū taceat. que statim corripere neq̄
qm̄ existimat. **R**ā si corripere p̄t et dissimu
lat: cōsensū aliam habet erroris. **Q**ui p̄st
p̄ subditorū iniquitate dāpnat: si eos autē
noratēs nō erudiat. aut p̄cāntes nō argu
ant: dicēte dno ad p̄phetā. **S**peculatore te
dedi domui isrl. **S**i nō fuīs locutus ut se
custodiat impius a uia sua: ille in sua in
quitate moriet: sanguinē autē eius de ma
nu tua requirā. **Q**ui p̄est aurā habē debet
de hys qui pereūt. ut eius redarguāde corri
pāt: aut si incorrigibiles sunt. ab eamē sepa
rēt. **Q**ui blādis uerbis castigatq; nō corri
git: acrius nāc ē ut arguat. **C**ū dolore
em̄ abscedēda sūt: que lemit sanari nō p̄nt.

Qui admontibus secreto corrigi negligit. pub
 lice est arguendus; ut vlnq qd̄ occulte nefas
 sanari. manifeste possit emendari. manifesta
 vicia nō sunt occulta correptione purganda.
 Vala sunt arguedi qui palā nocent; ut dū
 apta oburgatione sanāt. hñ qui eos mntudo
 delinquit corrigāt. Dū vñq corripit; multi
 emendāt. Utile ē ut p multorum saluati
 one vñq cōdeperet; qz p vñq licentia mlti
 peritāt. Ita ḡ delinquenti sermo est pferē
 dus; sicut eius exposulat salus. Q̄ si opus
 est aliqua medicamēti salute verbo incre
 pantōis aspergere; lenitate tñ opus ē corde
 retine. Doctores nōnūq̄ duris feruit subdi
 tos increpationib; et tñ a caritate illorū q̄
 corripuit non recedūt. Magna magistris
 mēse debet subtilitas discretiōis; quati
 nq̄ delinquentib; discrete nouerint p̄tere. et
 culpas eorū pie reserare. Qui autē sic di
 mittit p̄cā ut nō corrigant; aut sic quasi
 corrigēdo feriūt ut non dimittant; sp̄m dis
 cretōis nō hñt. Et scriptū est. Si rē of
 feris et nō rē diuidas; peccasti. Oblata
 rē diuidē; est quelibet bona nra studia
 discēdo pensare. Qd̄ m̄m̄rū qui agere
 dissimulat; etiā rē offerens peccat. Sepe
 quod bono studio gerimq. dū discernere cau
 te negligimq. quo iudicat sine nescimq; et
 nōnūq̄ hoc fit reatus timē. qd̄ putat cā
 virtutis. Rē ḡ offerimq. cū bono studio o
 pus bonū agimq; sed rē nō diuidimq; si
 habē discretiōnē in bono ope postponimus

Ex^m

Ex^m

Ex^m

Dixit abbas anthomus. Sūt quidā conteretes cor-
pā suā in abstīnētia: sed quia nō hnt discre-
tiōnē. longe facti sūt a deo. Dixit abbas pas-
tor. Malicia nequaq̄ expellit maliciā: sed si
quis tibi malefecit benefaceri: ut p̄ bonū
tūū destruas maliciā eius. Dicebat abbas
daniel. Qñtū corpus vnesat tantū aīā ex-
ficiat: et qñtū exfiatū fuerit corpus. tantū
aīā vnesat. Interrogatus est senex a quodā
frē dicēte. Quō inuenio deū? Vtrū in iei-
nijs aut in laborib; uel vigilis. aut ī mīa.
Rēdit. In hys que enumerasti: et in dis-
crecione. Dico em̄ tibi. qz multi afflixerūt
carne suā: et qz sine discrecione faciebāt
hoc. abierūt vacui nichil habētes. **De domo**

Omnipotēs deus **diuinus capitū xliii**
in et̄m iudicij secreto moderamē
alij sermonē sapiēcie. alij plenam
fidem. alij grām santitū. alij opacionē vir-
tutū. alij p̄phetiā. alij discrecionē spiritū.
alij genēa linguarū. alij int̄pretacionē ser-
monū t̄biut. Creator n̄ sic cūcta moderat:
ut qui extolli poterūt ex dono qd̄o habet:
hūilēt̄ ex virtute quā nō habet. Ita fit
ut cū p̄ impēsā grām vni subleuat: p̄ dispa-
rem alteri alterū subdat. Om̄p̄ deus sic cū-
ta moderat: ut dū singula queq̄ sūt om̄-
n̄posita quadā n̄ritate caritatis fiant oīa
singulorū: ut vnusq̄sq; qd̄o nō accepit. in
alio possideat. et ip̄e alteri possidendū
qd̄o accepit hūilēt̄ impendat. Hāc etiā sup̄
capitis sui corpus est: in quo alius alia
videnda oculus. alius r̄ā opando manus.

alius ad cuncta discurrendo pes. alius preceptorum vocem intelligendo auribus. alius malorum fetore bonorumque flagrantia discernendo naribus. Qui enim corporaliu more membrorum vias sibi accepta officia impediunt: vni de semetipsum omnibus corpus reddunt. vno ergo consilio deus hinc illa largitur que alij denegat: alij hoc denegat quod alteri dat. Mensuris itaque sibi positas mitit egredi: qui posse plusquam accepit conatur. Dicebant de abbate hanc. quod neque est mentitus vniquam. neque uiuauit neque maledixit hominem: neque si nunc non fuit locutus est alicui. Habitauit in hemo solitarius quidam quadraginta annos: qui interrogatus a iohanne respondit. Ex quo cepi esse solitarius: nunquam me vidit sol manducante. Respondit iohannes. Rec me nascente. Venit aliquando abbas hylarion de palestina ad abbatem anthonium in monte. et dixit ei anthonius. Bene uenisti lucifer qui mane orris. Respondit hylarion. Pax tibi columba lucas. qui sustines orbem terrarum. Dicebant de abbate arsemo quod tota nocte vigilabat: et quando volebat circa mane dormire dicebat somno. Veni male ferue. Et subripiebat somnum sedendo: et statim surrexit. *De gratia dei et lumen*

Ex

Ex

Ex

Ex

Et omnipotens dei gratia ad bona opera conari quidem possumus: sed hec explete non possumus: si ipse non adiuuat qui iubet. mala nostra solummodo nostra sunt: bona autem nostra et dei sunt et nostra: quia ipse aspirando prouenit ut uelimus qui

adiuuādo sequit' ne manit' velinq; sed possi-
mus implere qd' volumq;. Breuemetē grācia
et bona volūtate subsequēte: hoc qd' dei do-
nū dei est fit meritū mīm. Qd' bñ paulus
breuē sentēcia explicat dicens. Plus illis q̄
bus laboraui. Qui ne vidēt' suē vntutē tri-
buisse que fecerūt: adiungit. Nō aut' ego sed
grā dei meā. Pfectus hominib;. donū dei.
Nō p̄t a se quisq̄m sed a dno corrigi: aphe-
ta attestante qui ait. Dno dnē qz nō ē homo
via eius: nec vni est ut ambulet et dirigat
gressus suos. Specialis grā nō oībus dist-
buit': sed tm̄ elis. quoniam grā nō alij ista.
alij uēs donāt' illa: nec dat ita habē vni. ut
non indigeat alio. Dū quisq; aliqd' bonū
accipit. non appetat amplius qm̄ qd' merit':
ne dū alterius mēbrū officii arripe tēptat.
id qd' accipat pdat. Cōturbat em̄ corpis
ordmē totum: qui nō suo cōtentū officio sub-
ripit alienū. Fr̄ interrogauit quēdā senem
dicens. Si fuerit in loco aliquo. et nata michi
fuerit tribulatio. et nō habuēs cui me cō-
mittā et mōdū illi passionē meā: q̄ facia.
Dicit illi senex. Credo in deū qz ip̄e mittet
grām suā: et satisficiet tibi si in veritate co-
gaueris eū. Et adiecit dicens. Audiu in
scithi tale aliquid fcm̄. Erat ibi fr̄ qui susti-
nebat temptaciones. et nō habens fiduciā in
aliquo cui cōfiterē: cogitauit ut discedet. Ap-
paruit aut' ei nocte grā dei in specie vginib;.
et rogabat eū dicens. Nusq̄m vadaš sed
sede hic meū: nichil em̄ fiet tibi mali.
Et statū sanatū ē corp̄ eius. *De hominib; subiectis
caplin 31u*

*Qui credēs vobis
eius sedit.*

Bonum subditi vitam propositorum suorum temere
 non reprehendant. si quid fortasse eos a
 gere reprehensibile vident: ne unde
 re redarguant. inde per elationis impulsu in
 profundiora mergant. Cum culpas propositorum
 considerant contra eos audaciores fiant non
 sed sic que valde prava sunt apud semet
 ipsos diiudicent: ut tamen diuino timore con
 stricti. ferre sub eis iugum reuerentiae non reu
 sent. Sic ergo bonis aliis congaudeant.
 quoniam habere et propria recipiant: sic pro
 morum facta diligendo laudet: ut etiam imi
 tando multiplicent. Valde precor si alie
 bene gesta non diligimus: sed nichil merite
 dis agimus. si ea que diligimus in quantum pos
 sumus non imitamur. Prava nimirum sunt bene alio
 rum: que et si imitari non possumus. in aliis a
 mamus. Qui igitur in magnis virtutibus in
 se etiam simul proficiunt propositorum vitam despice
 non debent. si qua eos cum exterioribus rebus
 vacant agere perversa conspiciunt: quod quod ipsi se
 tiam intima penetrant ex illorum adiumento
 est qui contra prellas huius seculi exterius
 laborant. Quid enim candoris habet: si bis
 sum pluuia tanget: Quid fulgoris uel
 claritatis coarctus uel iacinctus ondet: si h
 susceptus puluis fedaret: Sic ergo de super
 textum alieni fortis ad puluerem: sit in se
 color iacinctus aptus ad detorem. Ornet
 etiam. qui solis rebus spiritualibus vacat:
 tegant etiam quos labor rerum corporaliu non grauat.
 Requaquam ergo contra morem suum exteriora a

tequitur in manu
 re quo volumus
 lante sub
 fit meriti
 cia ex p
 u. Qui ne vide
 erant: ad
 ni. P. f. et h
 quosq
 qui ait. In die
 vni est ut
 . Penas
 elis. apu
 illa: nec d
 t. alio. Du
 pp. et am
 b. m. b. off
 at. p. d. e
 . qui no
 fr. m. r. g.
 eto m. lo
 lano. et n
 re illi pas
 v. Credo m
 t. sati fr
 Et adie
 quod fem
 raos et no
 tet: con
 i. nocte g
 u. diens.
 u: meli
 tu e

Exm

Exm

Exm

gentē murrinet is qui int' scām ecclēsiā spi-
talit' fulget. Si em̄ tu scire interius ut con-
tulas: abiciū quo ptegeris cur. n. a. i. s. a. s.
Intrognuit abbas Joseph abbate pastore
dicens. Dic michi quō monachus fiam. p̄nd.
Si vis requiē inuenire in hoc seculo et in fu-
turo. in om̄i causa dic. quib' sum ego: et nō
iudices quēq'. Si intrognuit abbate pasto-
rem dicens. Quid faciā qz pusillanims so-
dū sedeo solus. Dicit ei senex. Nullū iudi-
ces. nullū sp̄nas. nullū cōdep̄nes. nullū de-
trahas: et deus tibi prestat requiē: et
erit sessio sine p̄turbatiōe. Vir quidā sc̄s
cū vidisset quendā patantē fleuit amare:
et dixit. Iste hodie: ego eris. Cōtūus
g' quisq' peccet an̄ te nō iudices eū: sed
magis temetipm̄ iudici patore qm̄ illū.

D Ut mōchi thesaur' in celo sit. *Abi.*
Dn̄m̄ nos admonet dicens. The-
saurizate nobis thesaur' in celo:
ubi nec erugo nec tinea corrūpit. Et quō
vniūsq' ad p̄fatiōnē mōchatus pueniat:
ip̄e iterū dicit. Si vis p̄fatus eē: vade vē-
de om̄ia que habes et da paup'ib'g. et ha-
bebis thesaurū in celo: et veni sequere me.
Thesaurū g' in m̄ fr̄es in celo ponamus:
ubi hoste et expugnatorē nō timeamus.
Thesaurū opm̄ uel virtutū m̄arū in celo col-
lorem'g: ubi nō timeamus occiditū faciē nec
violentiū raptorē. Patria m̄a paradus ē.
In pat̄a g' m̄a thesaurizem'g: postmo-
dū recepturi centuplūm̄ fructus bon'g
opm̄. Dicit em̄ propheta. In terra sua dupli-

cia possidebunt: id est in terra viventium bti-
 tudine metis siml' habebunt et corporis: ubi do-
 minus reformabit corpus humilitatis me. co-
 figuranti corpori claritatis sue. Magnus em
 nos illic sanctorum numerus expectat pntu. fra-
 trum. sororum: de sua iam immortalitate securus
 sed adhuc de nostra salute sollicitus. Ibi chorus
 patriarcharum. numerus prophetarum. apolor. mar-
 tyrum. confessorum. virginum: et ois nos ter-
 re desiderans tuncus electorum. O quam gaudis
 leticia ad istorum puenire consortiu: ad istorum
 om venire complexu. Dixit quida pzm.
 Thesaurus mochi e' voluntaria paupertas. Dix-
 it abbas euagrius. Cum sedes in cella. col-
 lige ad te sensu tuu: et meor esto diei mortis.

Exm
 Exm

De virtute *De consilio capitulum xlviii*
 consilij salomonis nos admonet dices.
 Audi fili consilia et suscipe discipli-
 nam: ut sis sapiens in nouissimis tuis. fili
 sine consilio nichil facias: et post factu
 no penitebis. Astitus oia agit cu consilio.
 Qui cuncta agut consilio. regunt' sapia: na
 dissipant' cogitacioes ubi no e' consiliu.
 Ungeto et varijs odoribus delat' cori: et
 bonis ammi consilijs aia dulcorat'. Si dis-
 positione int' bellu: et eit salus ubi ml-
 ta consilia. Saa sapientis tpi mundatio
 ludabit: et consiliu illius sicut fons uite
 pmanet. Magna res est consiliu: et mo-
 tibus ualde necessariu. Hanc igit' consilij
 virtute dilexerit ois in tra. qui ad celest-
 tem voluerunt conscende pnam. Graue
 consiliu cordis: omem inconstancia vagatio

ius expellit. Cum deus leues motus hominis
in se respicit dignatur respicere: hinc partim ad
constante maturitate formatur: atque superne gratie
respiratio eius ad quietate consilii repente per
duat. In omni opere quod cogitas facere. primum
cogita deum: et si secundum deum est quod cogitas dilige
gent examina. et si rem est totam deo proficere il
lud: si uero proficere fuerit. amputa illud ab anima
tua. Et nos quoque fratres omnia que agimus cum
consilio agamus: quia scriptum est. Omnia opera ue
strae uerbi praedat: et omnem actum consilium
stabile: et in hiis omnibus deprecare altissimum
ut dirigat in ueritate uiam tuam. Si enim
dominus magnus uoluerit spiritu intelligentie reple
bit te. et quasi ymbres mittet eloquia sapientie
et aperiet os tuum in oratione. et diriget con
siliu tuum in bono: et usque in seculum non delebitur
et memoria tua. **Exm** **W**ent in initio consilium
sue abbas euagrius ad quendam senem querens
consilium dicens. Dic michi sermone quo sal
uus fiam. Respondit. Si uis saluus fieri: quoniam
ad aliquem uadis non prius loquaris inquit ille te
inquirat. **Exm** **E**uagrius respondit. In ueritate mil
tos rodices legi: et tale eruditione non
inueni. **Exm** **E**t multum proficiens abiit. Dixit
abbas pastor. Qui doret et non facit ea que
doret: similis est amali que omnes ad se ue
nientes sanat et sordes eorum lauat. serpam
uero purgare non potest: sed omnis spurcicia
et immundicia in illa est. **Exm** **F**ratr mitrogauit abba
tem pastorem dicens. Quid est illud quod scriptum
est. qui misit fratrem suo sine causa. Respondit
Ex omni re qua uoluerit grauare te fr

tuis donec oculū tuū dexterū eiciat: sine
 causa miseris ei. **N** vero aliquis vult te
 separare a deo: p hoc nā scē. *De sanctificatione*
D E sanctificatione *cordis caplin elvii*
 pauli aplis in epla thessaloniensibus
 ait. Hec est voluntas dei sacrificio
 v̄rā: ut abstineatis vos a fornicatione.
 Hec ē voluntas dei dicit: id est hoc pla
 cet deo. ut sanctificati sitis et corde et
 corpore. **S**is hoc dno placuisset: nobis nō
 impasset dicens. **S**ā estote: qz et ego
 sc̄s sum dñs deus v̄r. **H**ed v̄ et absq̄
 ulla ambiguitate sc̄tas qua sc̄. et magni
 ficentia qua magnifici apud deū efficiūt
 sc̄. in sanctificatione eiusdem m̄i condito
 ris consistit: sicut sc̄ptū est. **S**anctitas
 et magnificencia in sanctificatione eius.
Hinc et dñs ait. Custodite p̄cepta mea:
 et facite ea. **E**go dñs qui sanctifico vos.
Que virtus sanctificationis. quibus oibz r̄cē
 debeat xp̄ianis: maxime tamē ordm̄i r̄o
 uent sacerdotali. **V**n dñs ait moysi.
Vesties aaron et filios eius ut sacerdo
 nō fungant m̄: et ne cōtaminet̄ sacerdotes
 in mortibz: qz cōsecratus ē deo suo. et pa
 nes p̄posuoms offert. **S**it ḡ. sanctus: qz
 et ego sanctus sum dñs qui sanctifico uos.
Vere em̄ nisi corde et corpore sanctificato
 deo sacrificiū offerat: non erit ei ḡtū.
Vn aplis om̄s hortat̄ in xp̄o credentes
 ut abstineant se a fornicatione: qz sicut
 p̄ hūilitatē mentis custodit̄ in sc̄tas car
 nis: ita p̄ supbiā cordis in immūdiā itur

Cum deus...
 dignat...
 turris...
 ad qu...
 n ope...
 et si...
 a. et...
 si fiet...
 s̄ fr̄s...
 qz sc̄ptū...
 dar: et...
 h̄p̄ om̄...
 veritate...
 soluer...
 m̄b̄es...
 nū in...
 mo: et...
 Vent in...
 agrus...
 Dir me...
 idit. **S**is...
 us non...
 agrus...
 gr̄: et...
 multū...
 Qui docet...
 est mal...
 et sord...
 non p̄t...
 in illa...
 dicens...
 t̄ fr̄ suo...
 na volu...

libidinis. Luxuriosus atq; superbus familiaris
qm̄ rebus paucis associatur demones; qz p
luxuria carnis suis eos dyaboli constringit.
cathemis. ut a deo sepati et demonibus sociati
regnum celorum non possint habere cum sanctis. De
hac sanctificationis virtute; ihoes ap̄lus
ait. Omnis qui habet spem hanc in eo; sac-
tificat se sicut et ille sanctus est. Multi dicunt
spem se habere vite celestis in xpo; sed hanc
confessionem negligenter vivendo evacuant. Man-
ifestum autem de se iudicium spei superne exhibet
qui bonis actibus operam dare studet; certus
qz non aliter ad similitudinem dei quibus in futuro pre-
met. nisi dei sanctitate in presenti se sanctifi-
cando. id est abnegando impietatem et secula-
ria desideria. sobrie et iuste et pie vivendo
vivat. Qui habet spem in domino sacrificat se
quanti potest. eius pro omni gratia flagitans quod aut
sine me nichil potestis facere; eius dicens
adiutor meus esto ne delinquas me. Ergo
sanctificat nos sicut ille sanctus est; sed ille sanctus
eternitate. nos fide. Tempe antiquo ep̄i ps-
biteri. dyacom. vniq; uxoris vni ordinabantur.
modo autem quia carnalis sancta crevit mundicia. ab omni
carnali consortio omnes illos sacrorum regulas
habet canonum. In veteri te statimeto eo tempore
quo sacerdotes preesto erant altario. ab uxore
suarum se continebant concubitu; nunc autem quia
cotidie corpus domini aut consecrandum nobis est
aut sumendum. ab omni concubitu semper est absti-
nendum. Hinc paulus thymoteum admonet dicens.
Exemplum esto fidelium in simone. in consecratione.

in caritate. in fide. in castitate. Qui em̄ alijs
 in sermone debet exemplū p̄be: modū locu-
 tionis nō debet ignorare. sed diligent̄ atte-
 de quid. cui. quā. uel quō debeat loqui: ut ser-
 mo eius non fatuus sed sale sapie iux̄ dñi
 p̄ceptū sit conditus. Ille in rōuersatione
 bonū alijs p̄ebet exemplū: qui caste. pie.
 et iuste uiuit in hoc seculo. In caritate a-
 lijs p̄bet exemplū: qui deū ex toto corde.
 tota aīma. tota diligit uirtute: et p̄mium
 sicut semetipm. In fide bonū p̄ebet ex-
 emplū: qui rē credēdo bona facit: bona
 faciendo fidem rēam custodit. In castitate
 bonū alijs p̄bet exemplū: qui castitatis
 pulchritudine diligens nō solū eam suo
 seruat in corpore. sed etiā a cogitatioibz p̄-
 uis tūtā custodit in mēte: qz nichil p̄dest
 in corruptio carnis. ubi nō est integritas

U mētis. *De uocacōe diuine pietatis. rly.*
 Vocatio diuine pietatis que diuisis mo-
 dis. diuersis etatibz. et diuisis sit-
 tibus: nō hominibz merito. sed semp̄ gratis
 fit a deo. hinc paulus ad thymoteū ait. **Q**
 libeant nos et uocant uocatione sua scā:
 nō scdm̄ opa nr̄a. sed scdm̄ suū p̄positum
 et grām. Vocant̄ aut̄ hominē diuersis
 modis: qz alij uocant̄ corpore scā: alij in
 firmitate carnis afflicti: alij diuersis tri-
 bulacōibz oppressi. Vocant̄ et diuisis etati-
 bus: qz alij in infancia. alij in adulescētia.
 alij in iuuetute. alij in senectute: uel etiā
 in decrepita uocant̄ etate. Vocant̄ et di-
 uersis tempibus: qz alij p̄mo mane. alij

Alj sexta

hora tertia, alj nona; alj uero uocant undecima. Quorum omnium nullus in immundicia; foris uocati se a seculo deo in purificatione cordis et corporis. **D**icit enim deus sanctus uult habere impios; sicut dicit in euangelio. **P**er uos sanctificatio mea; ut sint et ipsi sanctificati in ueritate. **D**icit quidam senex. Erant fratres vicini; unus pugnans alter nicola. Erat autem pugnans ille modicum negligens; ille uero nicola studiosus ualde. Contigit autem ut dormiret pugnans ille in pace. Senex autem uicinus eorum cum esset prudens; uidit multitudinem angelorum ducentum animam eius. Cum autem uenisset ad celum ut intraret; facta est questio de illa anima. Et uenit uox de super dicens. Manifestum est quod modicum negligens fuit; sed propter pugnacionem illam aperte illi. Post hec obdormiuit et ille nicola; et uenit omnis cognatio eius ad eum. Angelos uero non uidit senex ille uenire ad deducendam animam eius. Miratus autem dixit. Quomodo pugnans ille cum negligens fuerit tale gloriam habuit; hic uero studiosus nichil tale promeruit. Et uenit ei uox dicens. Hic studiosus cum uenit ut dormiret uidit parentes suos flentes. et consolata est anima eius; pugnans uero ille nullum suorum uidit. sed in gemis suis fleuit; et deus consolatus est eum. Dicebant de abbate syson; quomodo in die dormitionis sue cum sederent circa eum presbiteri. resplenduit sicut sol facies eius. Et dixit ad eos. Ecce chorus prophetarum et apolorum uenit. Iterum dixit. Ecce angeli uenerunt tolle me. **R**ursus

Sym

Sym

facta est facies eius sicut sol: et timuerunt omnes. Dicit iterum. Ecce venit dominus. Et audita est vox dicens. Afferte michi vas electionis herem. Et continuo reddidit spiritum. Facto autem fulgore: repletus est locus totus ille odore suavitatis.

De dilectione et gratia dei capitulum quinquagesimum

Hostolus ait. Deus qui diues est in misericordia propter misericordiam caritatem suam qua dilexit nos. cum essemus mortui propter peccata communiuicauit nos christo: cuius gratiam saluati sumus. Deus diues in misericordia dicit: quia omnipotens est: et misericordia eius plena est terra. Diues dicit in misericordia: quia propter peccata misericorditer trahit ad penitentiam. Diues dicit propter misericordiam caritatem qua dilexit genus humanum. in tantum ut filium morti traderet: sicut scriptum est. Pro filio suo non peperit deus: sed pro nobis omnibus tradidit illum. Prima caritas est. propter peccata seruus unigenitum tradidit filium: et eosdem seruos diligit ut filios. Confidere debemus quantum nos diligit nos sanctos: qui tantum dilexit peccatores. Cum enim mortui essemus propter delicta nostra. communiuicauit nos christus ihesu propter misericordiam suam: unam et eandem tribuens cum eo vitam habere perpetuam. Mortua enim dicit anima que mortiferis uicibus est maculata: sicut ait apostolus. Et uos cum essetis mortui in delictis et peccatis uobis. in quibus aliquando ambulastis. manifeste mors anime dicitur peccati uirtute illud prophete. Anima que peccauit: ipsa morietur. Confidete fratres quas gratiarum actiones creatori nostro referre de

beamus? quoniam in natura nostra ipse conditor noster et redemptor resurrexit. ascendit ad celos: sed ad dexteram patris. In hac natura nostra et nos sursumque ascendimus et sedemus ad dexteram patris. Unde et vir sanctus qui vivens in anime coniunctione habet in celis: non dubitat dicere quod sancti iam sedent et regnant cum christo in dexteram patris. Vere habundans est gratia que non solum peccata donavit. sed etiam cum christo resuscitatos in dextera dei nos collocavit. Dicit evangelista. Sic deus dilexit mundum: ut filium suum unigenitum daret. Qui ergo cum in munda essent homines. mori pro ipsis elegit: multo magis domesticos effectos et penitentiam agentes in hijs que gesserunt absoluta peccata: et donat hijs que ab ipso peccata sunt bonis. Nulla ergo delicta hominum vincunt clementiam dei: tantum ut pro penitentia ea que peccata gesserunt mala. actibus diluat bonis. Cum sit enim misericors deus sit infirmitatem nostram et quasi filijs ignoscens expectat correctionem nostram: confisus vero tamquam infirmis compatitur: et dimittens peccata donat prima que iustas sunt peccata.

De eo quod sancti filij dei sicut capitulum

Thomas apostolus ait. Annuntiamus vobis quoniam deus lux est: et tenebre in eo non sunt ulla. merito ergo qui filij dei sunt. filij lucis ab apostolo vocantur ubi ait. Omnes vos filij lucis estis et filij diei: non sumus noctis neque tenebrarum. Sicut dicunt filij dilacionis. vel filij pacis habentes in se dilacionem et pacem ita dicunt et filij lucis habentes in se fidem et

dilaois sciencia. Vñ et alibi paulq ait. E
 ratis aliquñ tenebre nũc aut lux in dñor: ut
 filij lucas ambulate. filij lucas dicũt et filij
 diei: qz dñs ait. Ego sum lux mudi: qui seq
 tur me nõ ambulat in tenebris. sed habe
 bit lumẽ uite. filij diei inquit id est dñm
 dei: qui dixit discipulis suis. Rõne duo
 decim sunt hore diei: Qui ambulat i die
 nõ offendit. De diem. et aplos signifi
 ri voluit horas. Nam ipe specialit̃ veni
 dies est: de quo dcm̃ est. Dies sanctifi
 catus illuxit nobis. Duodecã hore duode
 cim eius sũt discipuli. Sicut nemo p̃t a
 serpo eẽ. ita nemo a serpo illuat: sed illu
 trante illo de quo scriptũ est. Erat lux vera
 que illuminat omnẽ hominẽ. Quicũqz ergo
 a tenebris ignorantie et p̃ci surrexerit
 et illuminatus ab ip̃o fuerit qui dixit. Ego sũ
 lux mudi: merito filius lucas et diei vo
 cat. Imitatione aut nõ natura filij dei
 sumus: sicut ait saluator. Ut sitis filij
 p̃ris vñ qui in rebus est. *De spe clorũ caplin lu*

Hostolus ait. Est aut fides sperã
 dari rerũ nõ appareatũ. Res
 em qd̃ videt quis sperat: sed
 qd̃ nõ videm̃ p̃ panẽtia ex sp̃ãm̃. Spes
 est expectatio futurũ bonorũ: que ex
 p̃mit humilitatis effm̃. et sedule seruitu
 tis obsequiũ. Spes aut vocata est: eo qz
 sit ad p̃grediẽdũ pes. Vñ e contrario dicit̃
 despario. cui nulla est p̃grediẽdi facultas:
 qz dũ quisqz p̃cãm̃ amat. futurũ gloria nõ

sperat. **U**lle fiduciale sperat: qui madata
dei seruat. Beata uero res ab aplo diatu-
spes ubi filij dei merebimur et heredes: he-
des quidem dei. coheredes autem xpi. **U**bi
apparuit simile ei eimque: quod uidebimus
eum sicuti est. **H**inc alibi applus ait. **U**nde
spem que reposita est uobis in celis. **Q**ue
em futurum bonorum non est modo carnalibus
perspicua oculis. **U**nde dicit applus. **Q**ue oculis
non uidit. nec auribus audiuit: et in cor
hominis non ascendit: que preceps deus di-
ligentibus se. **R**am et spes omnium eternum uita
eterna est. que in celo adhuc in xpo nobis
reposita est: sed cum xpus apparuerit
uita nostra. tunc et nos cum illo apparebimus
in illa in gloria. **S**ed et alibi idem applus
ait. **I**pe autem deus noster ihesus xpus. et deus pater
qui dilexit nos. et dedit consolationem eternam
et spem bonam in gratia. **I**deo dicitur spes bona:
quod scriptum est. **S**perantes autem in domino. non
deficient omnino bono. **D**icit et spes misericordie
quod sperantes in domino misericordia tradabit.
Potest etiam spes bona in gratia ipse qui cum
patre et spiritu sancto solus est bonus accipi dominus
ihesus xpus: de quo psalmista ait. **S**pes
mea domine a iuuetute mea. **Q**uid edum est
itaque ut neque per spem ueniam quam promittit
deus perseuerent peccatores: nec quod iuste peccata
puniat ueniam de spem: sed utroque pri-
uilegio euitato et a malo declinemus. et de pi-
etate dei ueniam speremus.

Ut sine uinculo orationis . luy.

Sine intermissione orare duobus modis fieri posse creditur: sine cordis intentione. seu operibus misericordie. Cordis intentione orat: qui desiderio superne contemplationis afflatus. in amore creatoris sui totus est deditus. **I**psa enim amoris dei continuatio. sine intermissione est oratio. fit et sine intermissione oratio quoniam thesaurum elemosinarum thesaurizat in celo: dicitur domino. **T**hesaurizate nobis thesauros in celo. **P**ro thesaurizate in celo sine ambulet. sedeat. comedat. bibat. loquat. taceat. dormiat. semper thesaurum eius qui in conspectu domini est reconditus. sine intermissione orat dominum. **U**nus dominus ait. Abscondite elemosinam pauperibus: et ipsa pro vobis orabit. Orat et ille sine intermissione. qui quale premium se exhibet in oratione. tale se postmodum in ea conservare studet: sicut de anna secundum legem orante: que in ipso reprobationis affectu quod oravit promissit. usque quo adeptam est quod postulavit. Dicebant de abbate arsemo. quod vesperis sabbati lucefcente dominica relinquebat post se solem: et extendebat manus suas ad relum orans. donec mane die dominica illi sciret ascendens sol facie eius: et sic residebat. **V**enerunt aliquando ad abbatem lucium monachi quidam qui dicebatur enchite: id est orantes. **E**t interrogavit eos senex dicens. **Q**uid est opus manuum vestrarum? **R**esponderunt. **N**on operamur: sed sicut dicit apostolus sine intermissione oramus.

Exm.

Exm.

Dicit eis senex. Et non manducatis. Rñderit.
Eadē manducam. Dicit eis. Qñ qmēditis qd
orat p uobis. Iterū mtiogruut eos. Non
dormitis. Rñderit. Dormim. Dicit
senex. Cū dormitis quis orat p uobis. Et
non inuenerūt quid responderet. Dicit
senex. Ignoscite michi frēb: qz nō factus
est dicitis. Ego oñdam uobis: qz laboras
mamb9 meis. sine intmssioē oro. Sed eo
iuuāte deo. et applicans michi pauca9 pal
mulas facio ex eis plectū et dico. Misere
re mei deus scdm magnā mīam tuā: et
scdm multitudinē misērationū tuarū dele
iniquitatē meā. Oratio est an non. Rñde
rūt. Eadē. Et ille dixit. Quādo pmasero
tota die laboras et orans. facio michi pla
num duodecī nūmos. et pono ex eis ad
ostū duos et residuos manduco: et qui
illos accepit duos denarios. orat p me
tpe quo manduco uel dormio: atq; ita p
grām dei impleo qd scptū ē. sine intms
sione orate. *De eo q ut sim' simplices ut*

Debus simplex naturā est. *filii dei. l. iij.*
Qui q' iam filii dei sunt p adopa
onē. et eē cupiūt p imitationē
uicē ē ut sint simplices sicut colūbe. Sap
tū est em. Simplicitas iustozū diriget eos.
Nichil simplici corde felici9: qz qui mōcētā
erga alios exhibet. nichil ē qd pati ab
alijs formidet. Ornatissimos et honestissios
dei filios docet et cupit eē paulus. *Maci*
latus est em qui peccat. *Macula ē ipsum*

scelus patris: quod opatore suum commaculat atque
 contaminat. filii dei immaculati adiuvante deo
 et sine reprehensione vivere possunt, si reprehensibiles
 opera digna non agant: quibus a ma-
 lorum reprehendat. *Ut enim immaculati iustitia
 tui ambulat in lege domini. Dixit sancta simplici-
 ter. Efficiam prudentes sicut serpentes et si-
 viles sicut columbe: ut intelligamus laqueos
 inimici. Prudentes ut serpentes dominum est:
 sicut non ignorem laqueos diaboli et artes
 eius. Etenim simile aliquid ex alio simili sceleris
 superat. Simplicitas colubae deimit
 puritate actionis* *Ut sine murmure sicut moysi*

Ex^m

Qui contra deum vel preceptorum suorum
 murmurat precepta: hesitat sine
 dubio laboris sui recipere premia.
 Omnes qui in hemo de filiis israel contra dominum
 et moysen murmuraverunt. in ipsa hemo
 a venenatis serpentibus perierunt: et in re-
 pmissionis terra hereditatem non acceperunt.
 Quisquis ergo in mente electorum dei. vel ut in terra
 viventium hereditatem habere desiderat: necesse est
 ut sine murmuratione vivat. Tanto enim quisque
 de patri murmurat operacione: quanto amplius des-
 perat laboris sui eternam retribucionem acci-
 pere. Nam qui de spe retribucionis non dubitat:
 in operibus duris positus. contra eruditorem
 suum dominum nunquam murmurat. filius qui eru-
 dit a patre ut eternam accipiat hereditatem non
 debet murmurare: quin potius de patris
 erudicione gaudere. Quersa mens quae
 per increpacionem corripit: ut per predicacionem

et. Et unum
 am. Dicit
 s. h. t. t.
 h. d. e. r. a.
 n. m. t. s.
 r. u. t. q. u. o.
 t. e. m. a. r. t.
 s. p. o. n. d. e. m.
 s. s. i. n. e. m. i. n. i. s. t. r. a.
 t. a. p. p. u. m. s. m. e. p. t. a.
 e. x. e. i. s. p. l. e. r. a.
 s. o. m. m. a. g. n. i. t. u. d. i. n. e.
 m. e. i. m. p. e. d. i. a. t. i. o. n. e.
 a. d. g. r. a. t. i. a. m. e. t. e. r. n. a. m.
 i. l. l. e. d. i. x. i. t. q. u. o. d.
 i. s. e. t. i. r. a. n. s. i. t. a. m.
 i. n. u. m. b. e. r. o. s. e. t.
 r. e. s. i. d. u. o. s. m. u. l. t. i.
 n. o. s. d. e. n. o. t. a. v. i. t.
 u. r. o. u. e. l. d. e. m. e. n. t. e.
 l. e. o. q. u. o. d. s. p. i. r. i. t. u. s.
 d. e. o. q. u. o. d. p. a. t. r. i. s.
 n. o. n. p. l. e. y. n. a. t. u. r. e.
 i. a. m. f. i. l. i. u. s. d. e. i.
 t. e. e. r. u. p. i. t. p. a. t. r. e. m.
 s. i. m. p. l. i. c. i. t. e. s. o. n. t.
 p. l. i. c. i. t. a. t. i. o. n. e. s. i. m. p. l. i. c. i. t. a. t. i. o. n. e. s.
 c. o. r. d. e. s. e. l. e. r. a. t. i. o. n. e. s.
 i. n. d. e. b. e. t. i. n. h. e. r. e. d. i. t. a. t. e. m.
 o. r. n. a. t. i. o. n. e. s. e. t. e. r. n. a. m.
 e. t. e. r. u. p. i. t. e. t. p. a. t. r. e. m.
 u. p. e. r. m. i. t. t. e. r. e. t.

omnibus dulcedine ad bona suadet. De correptione
ne fit deterior: et inde in murmurationibus iniquita-
tem succendit: unde debuit ab iniquitate
compensa. Quisquis pro peccato percutitur nisi in
murmuratione remittat. eodipso iam iustus esse no-
at. quo ferietis iustitiam non accusat. Hic
paulus ait. Regum murmurationibus sicut quod
eorum inmurauerunt: et a serpentibus percit.
Parum quippe liber numeri quod pro tedio la-
ti itineribus plus isit inmurauit: et ideo in-
ferit in illos dominus ignitos serpentes. Pla-
ge serpentium ignitorum. uenenaliorum sunt:
que animam quam tangunt spirituali morte occidit.
Et bene in murmurans contra deum plus. serpentium
morsibus sternebat: ut ex ordine flagel-
li exterioris agnoscat. quanta intus per peccatum
murmuratione patet.

Ex^m

Dicit abbas iosephus.
Tres ordines in conspectu domini sunt ueneabiles:
primus quoniam homo in se format et adicitur ei temptatio-
nes. et cum gratia actione suscipit: secundus
quoniam aliquis omnia opera sua munda facit coram
domino. et nichil in hoc querit humanum: tertius
quoniam aliquis est in subiectione et preceptis spiri-
tibus obedit sine murmuratione. et omnibus
propter renunciat uoluntatibus.

Hostolus paulus sic *De curacione*
ait. Nos sumus circuncisio qui spiritu
deus seruimus: et gloriam in christo ihesu.
Ac si dicit carnalis circuncisio. Vos estis
circuncisio pellis propter uentrem uestrum: nos circuncisio cor-
dis et corporis nostri. Uobis bona dei a uobis
amputatis creaturam: nos a nobis spiritualiter.

vicia et peccata abscedimus. **Q**uod autem dicitur circa.
nos sumus qui spiritu servimus deo: tale est.
ac si dicitur. Nos sumus spiritualis cruciationis
iusticia: quia iusticia spiritualis efficitur: spiritualiter
in se servimus auctori. In lege domini et in prophetis
duplatur cruciandi iubemur: carne videlicet
et corde. carne ubi ait: cruciandimur carne
proprie vestra: corde ubi dicitur: cruciandit: propria
cordium vestrorum. Nos ergo carne cruciandimur: si
a nobis carnalia vicia abscedimus: id est ad-
ulteria. fornicationem. immunditiam. crapulam. ebri-
etatem. et huiusmodi similia: que carnis operantur
concupiscentiam. Corde cruciandimur: si a nobis spi-
ritualia vicia abscedimus: id est superbia. iac-
tantiam. iram. rancorem. iram. odium. immunditiam. et
huiusmodi similia. Horum omnium abiectio viciorum et
assumptio virtutum: faciunt hominem iustum. **Q**uod
dominus octava die cruciatusus et post tricesimum
tercium cruciacionis diem ad templum domini est de-
latus. ut hostia pro eo offerretur et factus voca-
retur: mystice significat quod nemo nisi cruci-
atusus vivens. dignus sit dominis presentari obtu-
tibus: nemo nisi mortalitatis nexibus abso-
lutus. superne civitatis gaudia possit sibi
re perfrui. Ad hanc carnalium et spiritualium
cruciationem viatorum iacobus nos hortatur dicens.
Abiētes omnem immunditiam et habitudinem ma-
liciam: in mansuetudine suscipite in situ vestrum
Corpus et mentem a viciis iubet cruciandi: ut
digni existere possimus. quo verbum salutis sus-
cipiamus. Ad hanc nos viciorum cruciacionem
apostolus petrus nos admonet dicens.

hūm. obsecro uos tāq̄ aduenas et peregrinos. ab-
stine a carnalibus desiderijs. Ipse nos docet
a carnalibus desiderijs abstinere. q̄ militans
aduersus carnem: et dū concupiscens blandie
tibus caro enervat subingat. uniuersi exer-
citus fortit̄ totū carnem armat. Dixit abbas
amōnas. q̄ quatuor annos fecit in saty-
de p̄ans deum die ac nocte. ut donaret ei
virtutē hū sup̄andi.

Ex^m

Tacobus ap̄t̄s ait. fructus iusticie i pace
semiat faciētibz pacē. Omne q̄d in hac u-
ta agimz. semen est future retribucōis.
ipsa aut̄ retribucō. fructus est op̄m p̄ncū.
ap̄t̄o teste qui ait. Quicūqz seminauerit
homo her et metet. Qui seminat in carne
metet corrupcionē: qui aut̄ seminat i spū.
de spū metet uitā eternā. p̄c̄e ḡ. dicit.
q̄ fructus iusticie in pace seminat faci-
entibus pacem. fructus iusticie uita etna
est. que op̄ibus iustis retribuit: q̄ qui
inquirūt pacem sequūt eam. Hunc pau-
lus ad ephesios ait. Repleti fructu iusti-
p̄ ih̄m xp̄m in gloriā et laudē dei. Hunc
fructū iusticie alibi de se p̄sit dicens. fruc-
tus aut̄ spūs ē caritas. gaudiū. pax. lō-
ganimitas. benignitas. mansuetudo: fides
cōtinēcia. castitas. Quo multiplici frui
uult nos in diem xp̄i ih̄i eē impletos in
gloriā et laudē dei: q̄ de oibz bonis que
de ip̄o accepimz. nō nobis sed illi gloriā
et laudē referre debemz: dicētes cū p̄s.
Non nobis dñe non nobis: sed nom̄ tuo
da gloriā. Venerūt aliqui duo fr̄es ad

Ex^m

quedā senem. Consuetudo autē semis nō eāt
 manducare cotidie. Qui r̄ vidisset fr̄es
 gaudens suscepit eos dicens. ieiunū suā
 merredē habet. Qui māducat p̄ carita-
 tem. duo mandata implet: qm̄ volūtate
 p̄riā relinquit. et mādatū dei implet. re-
 ficiens fr̄es. Dicit quidā p̄m. Nisi p̄us
 odio habueis: non potes dilige. Nisi q̄
 oderis p̄am: non facies iusticiā. Scriptū
 est em̄. Declina a malo et fac bonū. In
 omnibus hys p̄positū aīm ubiq; requirit.
 Adam em̄ in paradiso cōsistēs p̄varientus
 est mādatū dei: Job in stercore sedēs custo-
 diuit. Vñ constat qz p̄positū bonū querit
 deus ab homine: et ut semp diligit et
 timeat eum. *Ut ad innocētiā revertamur*

Exm

infancie lvi
Dominus in euāgelio ait.

Nisi cōuisi fueritis. et efficiamini si-
 cut puuli non mēbitis in regnū
 celozū. Non q̄ nobis p̄cipit ut etate habe-
 amq; puulozū sed innocēcie cōuisionē: et
 qd̄ illi p̄ aīos possident infancie. nos pos-
 sideamq; p̄ puilitatem innocēcie: ut malicia. nō
 sapiēcia puuli simq;. Hinc iterū dñs dicit.
 Quicūq; s̄u hauerit se sicut puulq; iste: hic
 maior est in regno celozū. Ac si dicit. Si-
 cut puulus iste cuiq; uobis exemplū t̄uo.
 nō p̄seueat in inaciūdia. non Iesus meruit. *muliere*
 non uidens pulchrit̄a delectat. nō aliud co-
 gitat. aliud loq̄t: sic et uos nisi talē ha-
 bueritis innocēcia. et aīm puilitatē: regnū
 celozū nō poteritis intrare. Quia in adē ad
 innocētiā infancie venire possimq; pe-

trus ap[osto]lus exponit dicens. Deponētes oēm ma-
licā. et ōnem dolū. et simulacōēs. et inuidiā.
et omēs detractiōēs sicut mō gemitu infantes
rationalib[us] sine dolo lac rōcipitate: ut in
eo crescat[is] in salutē. Ac si dicēt. Quia iam re-
nati estis p[er] aquā baptis[m]atis. et p[er] grā[m] sp[iritu]s
s[an]c[t]i. filij dei effecti: estote mō p[er] studiū bone
cōuersatiōis quales sunt infantes p[er] naturā
innocētie etatis. nō habētes maliciā. Omīs
amaritudo. et furor. et indignatio et ma-
clamo[r] et blasphemā. tollat[ur] a uobis. Pau-
lus de se et sequētib[us] se dicit. **F**ili sumus p[er]
uili in medio v[est]r[um] tāq[ua]m si nutrix foueat
filios suos. Videdū quō hic dicit. fili sum[us]
p[er] uili: cū alibi dicat. Utinā nō efficiam[ur] p[er] uili.
Quō volūtariē facti sum[us] p[er] uili nolentes
eē p[er] uili. Quales nos eē p[er] uilos uelit a-
p[osto]lus: ipse exponit dicens. Maliciā p[er] uili
estote. Quales nos p[er] uilos nolit esse. sub-
dendo declarat dicens. Utinā nō efficiam[ur]
p[er] uili fluctuātes: et aru[er]em[ur] om[n]i vento
doctrinē. In uobis modis boni efficiam[ur] p[er] uili.
habēdo hūilitatē. p[er] uilitatē. innocētiā: nō
habēdo maliciā. dolū et inuidiā. Ap[osto]li p[er] uili
fili sunt. nō h[ab]ēdo maliciā. dolū et inuidiā:
facti sunt magni. habēdo hūilitatē. p[er] uilitatē.
innocētiā: in sup[er] habēdo ubertatē doctrinē.
de qua suos fouebant filios. De quib[us] pau-
lus dicebat. Tamq[ua]m p[er] uilis in xp[isto]. lac uob[is]
potū dedi. et nō estā. **De eo q[uo]d iusti lapides**

Detrus in epla. **sunt uocati capla[m] l[ic]e**
sua ait. Et ip[s]i tāq[ua]m lapides uiu
sup[er] edificam[ur] domus sp[iritu]ales. **Sup[er]**

edificare illos dicit: qz sine dno ihu lapide scz
 viuo nulla edificatio stare pt. fundamentu em
 nisi xpm nemo pone pt: cuius participatione
 fideles lapides viui efficiunt: qui p infidelita
 tem lapides mortui erant: duri scilicet
 et insensibiles quibus merito dicit: auferam
 cor lapideu de carne vna. et dabo vobis cor
 carneu. docibile scilicet ad ewangelica veri
 mendam doctrina: ut tanq lapides viui ad
 spuale edificiu aptent: qui p discretionem. e
 ruditudoctoris amputatis et cogitandibus
 actibus supfluis velut ictu quadrat secu
 ris. Lapis quadrus quocunq loco positus in
 latere fuit: eque stat. Iustus g. qui pspi
 titibus no eleuat: adusitatibus no frangit. in
 iurpationibus non deicit: suasionibus ad malu
 non trahit: lapis quadrus est. Sicut et
 ordines lapidum in pariete portantur alij ab
 alijs. ita portantur fideles a predicatoribus iustis.
 portant et ipsi p doctrina sequentes: et hoc or
 dine alij ab alijs portantur usq ad ultimum
 iustis: qui cum alijs portantur que portare debeat
 non habebit sequente. Qui aut omne edifica
 um portat et ipse a nemine portatur: dno
 xps est. Vn a propheta lapis piosus vocatur
 in fundamento fundatus. Viuos lapides
 aplos vocat elios: ut sonatu insonet voce
 actionis eorum. Mortui namq id est matiales
 lapides. ubicunq a structore positi fuerint
 insensibiles manent: aut ena lapsi decidunt.
 Non g. nos btus petrus talium lapidum in
 sensibilitate vult imitari. sed tanq la

pedes uiuos fundamēto qd̄ est xp̄us sup̄edifica
ri: ut uidelicet uiuāte gr̄a dei. sobrie et iuste
et pie uiuamq; in hoc seculo. Ergo om̄i labōe
intendū est. ut sm̄q; lapides uiui et ex om̄i
pte dolati: ut efficiam̄ cū p̄phetis et ap̄lis
templū dei scm̄. nō manufm̄. *De suffragiis*

Batus vir aut ap̄ls *temptationis capitulum*
Iacobus qui suffert temptationē. qz
cū p̄batus fuerit accipiet coronā ui
te. quā rep̄misit deus diligētib; se. Hinc
simile est illud in apocalypsi. Esto fidelis us
q; ad mortē: et dabo tibi coronā uite. Tā
to amplius gaude in temptationib; oportet.
quāto certius claret deū h̄is quos diligit se
pe manus temptationū pond; imponere:
ut p̄ exercitiū temptationū p̄bent in fide p̄
fecti. Duplex est gen; temptationis: vni
qd̄ decipit. aliud qd̄ p̄bat. Scdm̄ hoc qd̄
decipit sc̄ptū ē. nemo cū temptat̄ dicit.
qm̄ a deo temptor. deus em̄ neminē tēp
tat: scdm̄ illud qd̄ p̄bat sc̄ptū. tēptauit deus
abrahā. De qua temptatione p̄pheta dnm̄
postulās ait. p̄ba me dn̄e et tempta me.
Sc̄ptū est et alibi. Vasa figuli p̄bat for
nar: hoīes aut iustos tēptatio tribulatio
nis. Tribus modis temptatio agit: sugges
tione hostis. delatōe uel consensu nostre
fragilitatis. Cū hoste suggerēte. delatō
uel consentire p̄cō nolimus: tēptatio ipsa
nobis ad uictoriā p̄uenit. quā coronam
uite meam accipe. Temptatus ē iob mul
tiplicat: sed qz nec possessioēs nec salu
tem corporis diuino amori p̄posuit. tēptat

quidē suggestionē hostili potuit. sed consenti-
 re uol delectari p̄o nullatenus ualuit. Dixit
 abbas anthomus abbati pastor. Hoc ē mag-
 nū opus hominis. ut culpā suā sup se unusquisq;
 ponat corā dno: et expectet temptatio-
 nē usq; ad ultimū tempus uite sue. Dice-
 bat quidā senex. Cū non teptam. tūc ma-
 gis hūilēm: qz deus facēs infirmitatē nrām
 ptegit nob. Si aut gloriā aufert a nobis
 deus ptectionē suam: et p̄m̄. Narraue-
 rit de quodā sene. qz sedens in tella sua
 et sustinēs temptatiōes. uidit manifeste
 demones et cōtepebat eos. Cū aut uide-
 deret se diabolū uinci a sene: uenit et
 ondit se ei dicens. Ego sum xps. Videns
 aut eū senex clausit oculos suos. Et dixit
 ei dyabolū. Quare clausisti oculos tuos?
 Rndit. Ego nolo xpm̄ hic uidē: sed in alia
 uita. Audiēs hoc dyabolū: nō cōparuit.

Ex^m

Ex^m

Ex^m

Ego sum x^s

Detrus ap̄ls̄ ait. *De cognitiōe dñi lri*

Grā uobis et pax impleat ī cogni-
 tiōe dñi nr̄i ih̄u xpi: quō omnia
 nobis diuine uirtutis sue que ad uitā et
 pietatē donata sunt p̄ cognitiōnē eius
 qui uocauit nos p̄p̄ia gloria et uirtute.
 Ac si dicēt. Adimpleat uobis grā in eo
 ut dñm nr̄m ih̄m xpm̄ p̄f̄c̄ cognoscatis:
 et hoc quoq; adhuc p̄ eū cognoscatis q̄
 mō oīa nobis p̄ grā diuine uirtutis sue
 donata sunt. que ad uitā optimēdā et pie-
 tatē cōseruādā sufficient: qz quāto quis
 dñm p̄f̄ius agnoscat: tanto altius p̄mis-

sciri eius magnitudinē sentit. Hinc paulus ait.
Ad cognoscendū illū et virtutē resurrectionis
eius. Cognatio enim mysterij humanitatis eius
passionis. et resurrectionis. perfectio uite est.
et thesauri sapientie. Per cognationē dñi et sal
uatoris nr̄i. omnia diuinitatis eius mysteria
quibus saluamur agnoscimus. Triphat ad agn
tionē dñi venire. scriptura teste didicimus. p̄mo
ut credamus eū filiū eē dei patris omnipotentis
et cū patre et spiritu sancto vni eē deū in trinitate.
sc̄do ut diligamus eū ex toto corde. tota anima. to
ta virtute. q̄ ut iohānes ait. om̄s qui dilig.
deū ex deo natus est et cognoscat deū. qui
nō diligit nec nouit eū: t̄tio si mādata eius
seruamus. eodē iohāne teste qui ait. quidi
ait se noscē deū. et mādata eius nō custodit.
mendax est. In hoc scimus q̄ cognouimus
eū: si mādata eius obseruamus. et virtutē
resurrectionis eius agnouimus. Agnoscimus
virtutē resurrectionis eius. q̄n credimus q̄
deus resuscitauit. et nos cū illo p̄ virtutē
suā. et a dampnatione eripuit mortis: et e
reptos in hereditatē etnā ut filios ad dexte
ram patris collocauit. Octaua enim die dñs
mortuus resurgens. exēplū nobis future re
surrectionis. et mysteriū ostendit noue cōiunctionis.

DE dño nro ihu *De clarificatione dñi lxxi*
Xp̄o paulus ap̄t̄us ait. Cum venerit
glorificari in sanctis suis. Ille qui in
gloria nāte sua semp̄ gloriā semp̄q̄ man
glorificatus. in iudicio cū venerit iudicare vi
uos et mortuos et seculū p̄ ignē glorifica
bit sanctos suos cū ip̄is gloriosus apparebit ex

57

claritate potencie sue clarificans eos: sicut
ait patri. Et claritate qua dedisti michi de-
di eis. Et alibi scriptum est. Fulgebunt iusti si-
cut sol in regno patris eorum. Veniet ergo in iu-
dicio apparere in sanctis suis glorificatus. qui
iniquus apparuit in passione despectus
et qui ante pylatum et pontifices iudeorum in
primo aduentu apparuit humilis et pusillus. in
secundo gloriosus magnus et excelsus apparebit et ammirabilis
fiet in omnibus qui crediderunt. Ipse ammirabilis
est deus: de quo ysaias dixit. Et vocabitur
nomen eius ammirabilis. Hinc dauid ait. qui
mirabilis deus in sanctis suis. Cuius gloria resur-
rectionis viderunt et crediderunt apostoli christiani.
et in iudicio gloria maiestatis eius so-
li videbunt electi. *De eo ut ambulamus digne*

Dignitas sacri baptismatis *Deo gratia*
vnde. post susceptam per impositionem manuum
episcopi spiritus sancti gratiam. potissima est hominum
impleri cognitione voluntatis dei. ut ea que
sunt voluntatis dei faciat: et in omnibus secundum
eius voluntatem vivat. Quanto quisque voluntatis
dei habuit cognitionem. tanto magis maiestatis
eius habebit timorem. et cordis erga
eum dilectionem: et in tantum digne deo poterit
ambulare. et in omnibus bono opere fructifera-
re. Ille digne deo ambulat. qui fidem quam
in baptismo per gratiam domini suscepit. bonis
operibus cotidie accumulatur: qui membra sua
que sunt super terram mortificat ut deo spiritu
aliter vivat: et ei cui se exhibuit iuste et pie
vivendo placeat. Remo deo placere et adue-
ntum beatitudinem potest pervenire: nisi per morti-

fructificationē uiciorū carnis. et assumptione uirtu-
tū: p̄ fidem tām. et operationē scām. Ille bñ
in om̄i ope bono fructificat: qui acepto ī uo-
de uerbi semine. ut terra bona et optima. a-
liud trice simū. aliud sexage simū. aliud cen-
tesimū fructū affert in pacia. Rōndū q̄ ta-
cite hoc in loco eorū mētes surripit. qui in
melius non crescit. nec bonū opantes in
uirtutibz p̄ficiūt. sed tantū sibi sufficere
credūt. ut qz nō opant malū. uel qz relique-
rūt corpe mūdū: nesciētes qz p̄ exercitia
sapientie et meditationē diuinā sc̄pturū.
et p̄ uirtutē bonorū opm. nouis cotidie es-
tens et placens deo effiat hō. Dixit ab-
bas pastor. Sicut fumo expellūt apes
ut tollat dulcedo carū: ita torpali reges
timorē dñi expellit ab aīa. et auferit opus
bonū ab ea. Dixit iterū ip̄e. Ab homināo
ē dñi om̄s torporena regies. *De eo q̄ non*

Exm

Exm

H Postolus ait. *hominibus placere debet*. *hominibus*
Si adhuc hominibus placere uellem.
xpi seruus nō eēm: id est si uide-
ris carnalis in obseruācia legis uel prauis
uicētibz xpianis in prauitate cōsensisse.
xpi seruus nō eēm. Cui sentētie contraria
est illa ubi ait. Sine offensioe estote iude-
is et gentibus et emē dei: sicut et ego p̄
om̄ia om̄ibus placeo. Cur om̄ibus placeret.
ip̄e exponēdo subiūgens ait. Non querēs
qd̄ michi uale est. sed qd̄ multis ut salui
fiant. Qui em̄ om̄i uilitatē et salutem que-
rebat: om̄ibus se placere non intōnemēt di-
tebat. Hoc ap̄li bonū monachi tenētes ex-

emplū. nō tm̄ sive vtilitati dēnt eē cōtenti.
 sed magis que cōueniūt. p̄ximis: nō sua cō-
 siderantes. sed que aliorū. Qui t̄m̄o que
 sua sūt. id est que sibi soli nōia sūt rogi-
 tat. et de fr̄na salute uel de eius t̄pali uti-
 litate non curat: sine dubio a caritatis
 tramite in qua om̄s m̄arū salus cōsistat.
 declinat. Quisquis de sua et p̄ximorū u-
 tilitate ac salute sollicitus quidq̄ valet uti-
 litatis quasi sibi superioribq̄ fr̄atibq̄ impendē sa-
 tagit: sibi metip̄si p̄ hanc hūilitatis obīam
 uite celestis gaudia amphora acquirit. Pla-
 cet ḡ hom̄ibus paulq̄ et nō placet. q̄ om̄-
 bus bene iuste et rē viuētibq̄ in om̄ibus cō-
 uersationibq̄ et ūbis placet et actibus:
 cūctis aut̄ viuētibq̄ praeue contradictor̄ ex-
 istens. nec ūbis placet nec moribq̄. Bo-
 nis in om̄ibus placet paulq̄: malis in om̄-
 bus displicet. Sicut em̄ in area mixta sūt
 grana cū paleis. ita et em̄ degenti ad-
 huc in terrā. mixti sūt mali cū bonis.
 De hac mixtura bonorū et malor̄. sic le-
 gimus in eplā pauli. In magna domo nō
 solū sūt vasa aurea et argentea. sed
 et lignea et fictilia: et quedā quidē in
 honore. quedā in cōtūchiā. Magna domus
 etiā ē xp̄i vniūsa diffusa p̄ orbem. In
 hac aurea sūt vasa. hom̄ videlicet corda
 intellā sp̄uali repleta: et uel anno oborto
 varijs virtutibq̄ rutilātia. Sūt et argē-
 tea: nitore eloquēcie clam. et officio p̄di-
 cationis plucida. Sūt et lignea: sup̄-
 ba falsis et stulta. et insensibilia corda.

Sunt et fictilia: fragili de terra sumpta. et t-
remis artibus dedita. Vasa aurea et argentea
honore sunt digna. Qui bene instructi
aut apti. duplici honore digni habeant. Va-
sa lignea et fictilia. merito sunt in contumelia:
quod mente habentes stultam et superbam. non custodi-
erunt iusta precepta domini sui. Dixit sanctus simon
et iacobus. Oportet nos per discretionem animas guber-
nare: et in congregatione manentes. non que-
rere iram sunt querere. neque servare proprie voluntati
sed pro spirituali obedire. Dixit quidam se-
ner. Numquam desideravi quod michi nunc esset.
ut fratri meo dispendium facerem: huiusmodi
habens spem. quod lucrum fratri mei opus fruc-
tificationis est michi. *De eo ut dimittamus*

Omnis in in vobis peccatoribus
et evangelio ait. Si offeres munus tuum
ante altare. et ibi recordatus fueris
quod frater tuus habet aliquid adversum te. relinque
munus tuum ante altare. et vade primo reconciliari
fratri tuo: et tunc veniens offeres munus
tuum. Hoc preceptum quibus historialiter sit te-
nendum. spiritualiter tamen a nobis est complendum. Spi-
ritualiter templum nostrum interior homo noster est
altare fides est materia. munus prophetia. doct-
rina promissa et psalmus est. Et si pater fuerit
frater qui habet aliquid adversum nos. poterimus
eum non simulato. sed sincero corde diligere.
atque ad gratiam veniam postulando reuocare:
si tamen hoc coram deo non pigro motu corporis.
sed celerrimo dilectionis affectu fecerimus. De
hoc apostolus ait. Subportantes invicem. et do-
nantes vobismetipsis: si quis adversus ali-
quem habet querelam. Sicut donavit vobis

57
ita et vos. **H**ortat nos ap[osto]lus. ut sim[us] sub
portantes iur[em]. et iur[em] onem nr[am] portemus
p[ro] xp[isto]: q[ui]a qui fr[atr]em sicut seip[s]m diligit. pa
tient omnia p[ro] illo portat et sustinet. **C**irri
tus em[en] omnia suffert: o[mn]ia sustinet. **D**ona
tos uobis metip[s]is. si quis aduersus aliquem
habet quel[am]. **H**abet aliquis aduersus alte
ru[m] quel[am]. q[ui]n[on] lesit eu[m] sine causa. **S**icut
deus donauit uobis ita et vos. **A**c si di
ceret. **S**icut deus donauit uobis o[mn]ia p[ro]m[er]ita
p[ro] sacri baptismatis unda. ita et uos no[n]
aliqu[od]. sed omnia de cordib[us] v[est]ris fr[atr]ib[us] dona
te remissa: q[ui]a iustissimu[m] e[st] apud deum. ut
iur[em] me[m]bra pietatis eius qua[m] nr[am] uobis
donauit delicta. donemus uos o[mn]ia fr[atr]ib[us]
que in uos remiseru[n]t p[ro]m[er]ita. ut lib[er]e deo
dicere ualeamus. dimitte nobis debita nr[am].
sicut et nos dimittimus debitorib[us] nr[is]. **O**
nes culpas que in uos remittit. p[ro]mitti sim[us]
ignoscere: metuetes. p[ro]p[ter] scriptu[m] est de seruo
negi. qui noluit conseruis suo remittere cul
pa[m]. **I**ratu[s] d[omi]n[us] tradidit eu[m] tortoribus:
quoadusq[ue] reddet uniu[er]su[m] debitu[m]. **C**uius ex
emplu[m] tunc nos admonet dicens. **S**ic et
p[ater] meus celestis faciet uobis: si non re
miseritis uniu[er]su[m] fr[atr]i suo de cordib[us] v[est]ris.
Sic dicit lingua ignescit. et corde diffens:
q[ui]a consciencia deus inspiciat. **S**i uis ut deus
tibi omnia debita dimittat: dimitte et tu
omnia debitori tuo. **H**anc regula[m] tibi p[ro]bis
hoc pacto et plaito cu[m] deo obligaris: cu[m]
dicas. dimitte nobis debita nr[am]. sicut et
nos dimittimus debitorib[us] nr[is]. **H**oc et

Ex^m

Ex^m

alio loco dñs ait. Dimittite et dimittent. In
rogatus senex quid eet hūilitas: rñdit. In
penāti in te fir ignouēis anteqm apud te pe
nitēciā agat: et bñfacias hys qui tibi male
faciūt. Dicit abbas amonius. De pximo est
uita et mors. Si lucm frēm. lucm deu: si
aut scandalizant frēm. in xpm peccant.

De eo q filij dei sumus et heredes

H Postola ait. Qm estis filij dei: mi
sit deus spm filij sui in corda um
clamāte abba pī. Rūq̄ audemq̄ dicē pī
qui es in celis: nisi de rōfaciā spūshabita
tis in nobis. Ut em pbarem q̄ adoptatos a
deo ee in filios. spm suū dedit nobis. q̄ sig
nū pīs ondit in filijs ee: ut audeamq̄ dicē
abba qd̄ ē pī. Itaq̄ iam nō sum q̄ seru sed
filij. q̄ si filij et hēdes p̄ deū: id est si filij
sum q̄. consequit̄ debet nobis hēditas pīs:
ut qmō spm filij dei ampiētes facti sumus
filij. ita de seruitute in libertate vocati. hēdes
sum q̄ dei pīs. cohēdes aut xpi ihu filij eius.
Nam et alio loco idem ait ap̄lus. Grās age
tes deo pī qui dignos nos fecit in parte sōr
tis scōrū in luē. Pars sōrtis scōrū ē congre
gatio adunata. et in vna societate iuncta oī
um elcōrū: sicut alibi dicit. Vos aut dñs mul
tiplicet. subaudit̄ in numero elcōrū scōrū. ut
sitis s̄ et imaculati. in regno salis cōgre
gati scōrū. fit q̄ pars sōrtis scōrū in luē.
q̄ solet in sorte hereditas significari: sic
sc̄ptū ē. Dorte diuisit eis terrā. in familia
distribuciōis. Dicit om̄s elcōrū pplus pars
et familia hēditatis dñi ē. dicente sc̄ptū

60

pars aut dñi plus eius iacob familia hereditatis eius: ita pars et hereditas sortis fratru ipse dñs est. qui dixit ad aaron. Ego pars et hereditas tua in medio filioru isrl. Rob at in aplos societate habentes qñs agētes deo pñ. orem q ut dignos faciat nos in partem sortis fratru. in luce id est pars et sortis et hereditas dñi eē meam. ut et ipm saluatore nrm in sorte et in hereditate sempiterna felicitate possideam. et in luce id ē in ipō et p ipm illuati metui felices permaneam.

Quo lucrificatus xpm lrou
S quis monachus mortificauerit membra sua que sunt sup terrā. et tollens crucē suā secutus fuerit xpm. et mortuus mūdo. ac trophēu mortificationis se dñice passionis affixerit ligno. ita ut possit dicē tū paulo ego p legē mortuus sum legi. ut deo uiuā. xpo confixus cruci: iste poterit lucrificare xpm. **Xpūs ē** veritas. caritas. sapiēcia. iustitia et castitas dicit. Qui em hec omnia sibi bene uiuēdo acquirit: xpm p auidubio lucrificat. Qui frēm suū qui xpi est mēbrū. p dīcādo et bonū exemplū oñdēdo lucratus fuerit: xpm lucrificat. **Stūs augustem ait.** Data qe corrige. et emēdate nō resses. si quid forte puer su uideris. **Rob** quiesce quicquid potes lucrari xpo: qui es luctus a xpo. Qui intelligit suā causa xpm homē fem. passū. et mortuū. a mortuus resurrexisse. et in celū ascendisse. et spretis oñibus que sunt mūdi recto cursu fuerit secutus ut ipm xpm

apprehendat a quo e' comprehensus: iste felicit' lu-
crifacit xpm. hinc alibi ap'ius ait. ap'icti aut'
absit gloriari nisi in cruce d'ni n'ri ihu xpi. p'
quem nichil m'ndus crucifixus est et ego mun-
do. Non in p'pria iusticia gloriari debet mo-
chus. uel in doct'na aliqua. sed in v'ntute
crucis xpi. p' qua' sibi sperat omnia d'mittip'
cata. Inuicem q' sibi mortui e'e debent. et
m'ndus monacho. et monachus mundo:
et nichil debet concupisc'e monachus ex h'is
q' sunt m'ndi. nec m'ndus habe' debet qd' con-
cupiscat in monacho. Solus p't q' in cru-
ce gloriari. qui tollit eam et sequit' salua-
tozem: qui crucifigit m'bra sua cu' vicis
et concupiscencijs: qui no' delat' in h'is q'
vident. sed que no' vident' et et'na sunt.

*De eo q' d'ni semp' a m'ochis amicit'
tur virtutes lxxvi*

Hinc petrus ait
Et virtutes annuncietis eius qui
de tenebris nos vocauit in amabile lum'e
suu'. Sicut em' h'i qui de egyptia seruitute
liberati sunt p' moysen cu' m'e triumphale
post t'nfitu' maris rubri et d'mersionem pha-
raonis exercitu' d'no cantabant: ita oportet
post accepta' in baptismo remission'e
p'ccatu'. dignis beneficijs celestibus repen-
de' gras: et eius semp' annunciare virtutes.
Si virtutes suas omp's deus taceret: nul-
lus agnosceret. nullus amaret. Virtutes g'
suas annunciat: no' ut laudib' suis ip'e p'fi-
ciat. sed ut ip'i qui cu' in sua laude cognou-
erint. ad p'etua' hereditate' pueniant.
Idcirco laudes suas deus indicat: ut na-

61
leamq̄ eum audiētes cognoscē. cognoscentē
tes amare. amātes sequi. sequētes adipis-
ci. adipiscentes eius visione p̄fici. Hinc
p̄pheta ait. Virtutē opm̄ suozū am̄iciavit
dñs p̄plo suo: ut det illis hēditatē gēnū.
Ac si apte dicat. Idcirco fortitudinē sue
opacōis infiuat: ut eam qui audierint
doms sp̄ualibz dītescant. In sp̄ualibus eī
doms p̄ficē. est digne deo cotidie ambulae
et de die in diem virtutibz suis p̄ficē: do-
nec ad visionē om̄ipotētis valeat puenire
ut dicat cū ceteris sanctis de eo. Ibi de
virtute in virtutē: uidebit deus deozū i
spon. Ille uidebit a nobis in spon. id est
in speculacione sup̄na: qui nos uocauit
in suū regnū et gloriā. Uocauit p̄us p̄
fidem. postea uocabit p̄ sperā. q̄n̄ uidebimz eū
facie ad faciē: et illā de fideabile adimz uocē
dicentis. Venite b̄ndī p̄us mei: p̄cipite
regnū qd̄ uobis pat̄iā b̄ originē mundi.
In quo regnū et gloriā et̄na. et uita ma-
net p̄petuā. Ut̄s Job de hac am̄iciatōe
virtutū sub figurā nr̄i redemptoris ait.
Terra ne opias sanguinē meū. Terra nā
p̄ xp̄i sanguinē nō opuit: qz sc̄a etiā re-
demptoris misterū in tūctis iam mūdi
p̄tibus p̄dicauit. Ip̄e em̄ sanguis redēp-
tiōis qui sumit: clamor nr̄i redēptōis ē.
Ergo ut sacmētū dīnitē passionis in nobis
non sit otiosum. debemz imitari que su-
mmz: et p̄dicare ceteris que uenerimur.
Hinc iterū b̄t̄s Job ait. Regz inueniat

locū in te latendi clamor meus. Locū em̄ late
di clamor eius in nobis inuenit: si hoc qd̄
mens credidit lingua taret. Sed ne in nob
clamor eius lateat. restat ut unusquisq̄ in
modulū suū in iustificationis sue misterii p̄
mis innotescat. *De eo q̄ datum est s̄c̄s p̄ x̄p̄o pati*

Hic int̄ cetera paulus ap̄t̄ ait.
Vobis donatū est p̄ x̄p̄o nō solū ut
in eū credatis: sed etiā ut p̄ illo
paciam̄. Rōndū q̄ et fides qua x̄p̄m cre
dim̄. et passiones quas p̄ illo patim̄ a deo
p̄re p̄ x̄p̄o nobis donāt. Non em̄ alijs. sed
amatoribq̄ x̄p̄i q̄ x̄p̄o pati concedit. Vn̄ nō
nobis in passionibus p̄ x̄p̄o dolendū. sed ml̄
tomagis gaudēdū: quomā et ap̄t̄ ibant
gaudentes a consp̄u consilij. qm̄ digni ha
biti sunt p̄ noīe ih̄u cōtumeliā pati. Rō
solū nichil nocet qui bonū faciētibus mala
irrogat. sed etiā causā maioris b̄titudis
prestat: iux̄ illud ewāgelicū. B̄ti qui p̄se
cutionē patiūt̄ p̄t̄ iusticiā: qm̄ ip̄orū
est regnū celozū. Hinc paulus ait. Ob
quā causā etiā hec pacior: sed nō cōfundor.
Ob quā causā dicat: id est p̄t̄ p̄dicatiōe
ewāgelij. et fidem d̄m̄ n̄i ih̄u x̄p̄i. Pro
x̄p̄o em̄ pati. nō confusio. sed magna si
delibus debet *ec̄* gloriatio. X̄p̄us em̄ aut̄
ap̄t̄us fr̄us ē nobis iusticia. Pati q̄ p̄ x̄p̄o.
pati est p̄t̄ iusticiā. Confundant̄ q̄ illi qui
p̄t̄ iusticiā p̄secūt̄ elc̄os. q̄ eos cruciati
expectat̄ et̄nus: non confundat̄ elc̄. q̄b̄
p̄ breuibq̄ t̄bulatiōibq̄. gaudū et̄nū et̄ t̄

^{celoz}
Abuet ~~eloza~~ Hinc petrus ait. Sed et
si quid patimur propter iustitiam. bti. Non solum
inquit michi uobis noceat. qui bonum facere
tibus mala irrogat: sed etiam cum uos propter
bona que exercitis hostis insequit. causa
uobis maioris utilitatis prestat. cum paci-
entie uere uires exercet. Ipse iterum dicit.
melius est enim benefacere si uelit uolu-
tas dei pati. quam male facere. Hec sen-
tencia illorum monachorum stultitiam arguit.
qui cum pro culpis arguuntur a fratribus. uel etiam
excoicantur patienter tolerant: si uero sine
culpa uel uerborum contumelias. uel adu-
sa queque patiuntur a propositis. mox ad maudiam
puput: et qui antea uidebantur innocentes.
propter impatentiam et murmurationis audaciam cul-
pabiles se reddunt et noxios. Et michi si
daretur optio. malleme sine culpa quam pro culpa
subiari uerberibus uel excoicacionibus. Qui
enim iustus et sine culpa patitur christum imitat
qui uero in flagellis corrigit latronem illum
imitat. qui in cruce christum cognouit. et
post crucem paradysum cum christo intuit. Qui
uero nec in flagella desistit a peccatis. sicut stru-
mitat latronem: qui propter peccata in cruce ascen-
dit. ac post crucem in tartarum ruit. Dicit
sancti sineletice. Quamuis condat corpus in-
firmitatibus et uariis inflammetur febribus.
non deficiat in pressuris. sed magis gau-
debit quia uisitauit te dominus: et dices. Castigauit
castigauit me dominus: et morti non tradidit
me. Si ferrum es: spem adhibitu tibi igne.

no bñ

Ex. 71

Exm

Aurum est sed per ignem probatur eius. Et si iustus est et hoc patieris: de magnis ad maiora promoueris. Interrogauit quidam senex fratrem dicens. Dic michi unam rem quam custodiam: et unam per eam. Respondit. Si potueris contumeliam pati et sustinere. magnum est hoc. et super omnes virtutes. Qui contemptum et iniuriam. et dampnum patienter fert: potest saluus esse. *De eo quod*

Dicit paulus apostolus. *Christus tradidit semipsum* *capitulum Ier*
Gratia nobis et pax a deo patre nostro et domino ihesu christo: qui dedit semetipsum pro nobis. In tantum enim christus matrem dilexit uitam. ut pro illa suam poneret animam. Dedit semetipsum dominus mortui ut nos a periculo mortis eriperet. et ereptos propter in filios adoptaret. Mortuus est namque ne nos mori timeremus: resurrexit. ut nos propter eum resurgere valeamus: eripuit de perniciosa seculo nequam. ut nobis gloria pariter et donaret uitam eternam. Robor enim filius dei eripuit a raptore iniquo: ut propter nos redderet domino. Tunc etiam christus nos eripuit de perniciosa seculo nequam. cum matrem in uicibus enutritam in meliorem mutauit uitam: cum conuersationem matrem tantum mutauit in melius. erexitque in sublimius. ut cum paulo dicere possim. Propter autem conuersationem in rebus est. merito ergo suam et eorum conuersationem in rebus esse paulus dicit. qui relictis terrenis toto de fidei cogitant de celestibus: et mente puram et deuotam. non ea que sunt terrena et caduca. sed ea desiderant que sunt celestia et eterna. Voluntas enim fuit dei propter nos. ut dominus ihesus christus propter nos traderet propter nos.

De eo quod propter nos tradidit semipsum

63
et volūtas fuit xpi. ut pūb faceret volūtatē. si-
cut p̄ p̄phetā ait. Ut faceret volūtatē tuā deq̄
meus volui. Ip̄ius em̄ sumq̄ factum creati in xpo ihū in
opibus bonis que p̄auit deus ut in illis am-
bulem̄. hoc est qd̄ viuim̄. qd̄ sperim̄. q̄
intelligim̄ ex ip̄o est: qz ip̄e conditor n̄r. nō
aut̄ factum eius sum̄. Ad hoc em̄ nos crea-
ti dicim̄ in xpo ihū. creati utiqz. nō qz ante
nō sum̄. sed renati in xpo ut creati in op-
ibus bonis. ut que p̄auit deus in illis ambule-
m̄. in caritate iudicati et fundati. Caritas
xp̄us ē: et in caritate id est in xpo ita iu-
dicati et fundati eē debem̄. ut in eius a-
more firmi p̄seuem̄. Fundamētū enim
aliud nemo p̄t ponē p̄t id qd̄ positū est:
qd̄ ē xp̄us ih̄s. Veritatē aut̄ facietes
in caritate crescim̄ in illo p̄ om̄ia qui est
caput m̄m. Veritas xp̄us est. et caritas xp̄e
et iusticia et sanctificatio et pax xp̄us est.
Qui ḡ h̄c om̄ia que xp̄us est facit. in sup̄
et mādātū eius custodit. ueritatē facit:
et in caritate id est in xpo cotidie crescit.

A De eo qd̄ ait apostolus sp̄m nolite
extinguere. capitulum lxxi
E si dicat. Sp̄s s̄c̄ gr̄as
quā baptizati p̄ manū impositionē
et crismatis unctionē accepistis. nolite
prauo uiuēdo extingui. sed eam integrā
et inuolatā in uestro corde et corpore ser-
uate. Vñ ad ephesios idem ait ap̄l̄us. No-
lite tristare sp̄m s̄c̄m dei. in quo signati
estis in die redemptionis. Signaculū em̄
s̄c̄i sp̄us. in die quo baptizati sum̄ et cō-

firmati accepimus: quod utique fideliter servare de-
buerimus. Hoc igitur signaculum sancti spiritus est. Ideo
qui credit deo signatur ab eo ut servet eum. et
conferat illi in die redemptionis sancti et integri
corporis: et nulla ex parte mutilatum. Unde iohannes
apostolus ait. Et vos unctionem quam accepistis
ab eo. maneat in vobis. Ac si dicit. Hoc
dominus adiuvante parate: ut spiritus sancti gratiam
quam in baptismo consecuti estis. integram in vobis
in corde et corpore servetis. Potest unctionis eius
de qua iohannes loquitur. et spiritus de quo paulus
ait. spiritum nolite extinguere. ipsa dei caritas in
telligitur: que diffusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum qui datus est nobis. Que citissime ad
observanda dei mandata nos quod implet infla-
mat. et a prave viventibus per odium et invidiam
atque abscondit extinguunt. Extinguit et spiritus
predicatorum qui audientibus salutis predicant
verbum. a contumacium resistencium et exasperantium
malicia auditorum: ita ut magis eis tace-
re liceat quam predicare verbum dei. Plerumque enim fit:
ut per exasperationem auditorum predicatoribus
tollatur verbum. Unde ezechiel dominus ait. Adhe-
rere faciam linguam tuam palato tuo. et eris
mutus nec quasi vir oburgans: quia domus
exaspans est. Venit quidam senex ad alium
senem. Et dixit unus ex eis. Ego iam multo
mortuus sum. Alter dixit ei. Ne confidas
in tempore ne ex eas de corpore isto: quia si tu
mortuus es. sathanas mortuus non est.
Dixit abbas pastor. In homo humilitate et
timore dei ita inaccessibiliter respirare debet.
sicut flatum quem naribus attrahit vel emittit.

Exm

Exm

Dicit iterū. Picere se in conspectu dei. et nō
se extolle. et mitte post tergum ppriā volū
tatem: ferramenta sunt quibus anima opat.

Ex 111

De notitia curiositate iacobazarū *lxxv*
Dulcius apud ait. Progamus uos frēs
ut quieti sitis. et vrm negotiū aga
tis. et operam manibus vris. Ac si apte dicit.
Ab omī uos inquietudine et curiositate ab
stinate uicis: ut quieti facti uim agatis ne
gociū. Ille suū agit negotiū: qui postpo
sito curiositatis uicio. de salute sua messa
ter est sollicitus. Ille em̄ alienū agit ne
gociū. qui curiositatis uicio suā oblitus
uicisā discute uiti. alienā muestigare
sollicite curat. Inde et ad eosdē in secunda
idem dicit epla. Audiuimus quosdā int̄
uos ambulātes inquiete. nichil opantes: s̄
curiose agentes. In hac breui sentētia
multū paulū monachorū reprehendit uiti.
inquietudine iudicet et curiositate. et cu
riositate et multiloquū. in quo scdm̄ salo
monē nō effugit p̄m̄. Inquietudo que a
lio nomē curiositas uocāt grande est u
ciū: qz nec corpus quietū nec animā di
mittit eē sine p̄o. Dū em̄ sollicitate alio
rū domos currit uel aliena acta curiose p
quirit: p̄culdubio in multis offendit. Cu
riositatis uiciū inde finet̄ comitat̄ et o
ciū. Curiositas aut̄ inimica est anime. me
lius est monachis ut obediētes sint ip̄o
sitis suis ad oēm obediētiā utilitatis sue.
et cū silencio id est ab omī uicio inquietu

Ex^m

Ex^m

Ex^m

divis et curiositatis et uerborositas aliam.
manibus operantes suū panē manducet. ut
intelligant de p̄p̄is dictū. Opa manuum tua-
rum q̄z manducabis. beatus es et bñ tibi erit.
Dicebat quidā senex. p̄tē nō p̄firmus q̄z
nescimus mēsums m̄ns. neq̄ paciētia ha-
bemus in ope qd̄ reperimus. sed sine aliquo
labore virtutes volumus posside. Abbas y-
sidorus allocutus est aliquō fr̄es dicens. fr̄es
tres nūquid nō ad laborandū venimus in
hūc locū? Et nūc video q̄z nulla hic la-
bor est. Ego igit̄ nissa pelle uado ubi
labor est. et ibi inuenio requiē. Quēdā senex
rogabat fr̄es quiescē a graui labore. Ille
nūc r̄ndit. Credite michi fr̄es. q̄z abraham
penitebit cū uiderit magna et p̄clama-
tio dei: q̄z non amplius laborauit. *De regula*

Hinc paulus ait. *ab aplis posita lex*
Quiaq̄z hanc regulā secuti fuerit.
pax sup̄ illos et m̄a. Doctrina dei re-
gula quedā sermōnis est: que int̄ iusta
iudicat et iniusta. Qui secutus hanc
fuerit. habebit pacē in semetipso. que ex-
superat oēm sensum: et post pacē m̄am
consequet̄. Noua creatum est ḡn̄as x̄pi
ana: q̄z x̄p̄us nouus homo uenit ī m̄dū
et noua p̄cepta dedit m̄do. Idem p̄ a-
pl̄us dicit. Verūtamenē ad qd̄ p̄uenimus. ut
idem sapiam̄ et in eadem maneam̄ re-
gula id est in ministeria p̄maneam̄ f̄dei.
ad qd̄ x̄p̄s uocante p̄uenimus: et nichil ex
regule disciplinā in conuisione fidei sa-
piam̄. Sapiam̄ hoc qd̄ cōmune est et

65
in modestū in euangelica ueritate: et in ea
dem fidei regula permanens. Regula autē
hoc in loco. fides uocant catholici. Regula
uero ab eo q̄ rē ducit et rē regat dicta est.
Vñ et illa p̄m instituta que rē uiuē catho-
lici docent etiā canones uocant. Cans autē
grece latine regula dicit. Hinc et alibi pa-
lus ait. Denūciam⁹ uobis fr̄es in noīe dñi
nr̄i ih̄u xpi. ut subtrahatis uos ab om̄i fr̄e
inquiete ambulāte. Ista denūciatio nō est
ab auditorib⁹ p̄cipienda. q̄ regali est auc-
toritate fulcra: q̄ in nomine dñi nr̄i ih̄u xpi
est denūciata. Et quib⁹ apl̄im auctoritate sit
plena. auctoritate tñ cōtinet regiā. que fide-
liū om̄ salubrit̄ cōtina cōsuetudinē ad rē p̄du-
cit regulā. Ut ḡ. Ut subtrahatis uos ab
om̄i fr̄e inquiete ambulāte. et nō scdm̄
traditionē quā acceperūt a nobis. Hic aucto-
ritate firmā subtrahedi se a p̄iis hominib⁹
acceperūt etiā. Regulam em̄ bene ambulādi
id est pie et iuste uiuēdi tradiderūt fidelib⁹
apl̄i: quā om̄ fidelū debet firmē tenere
etiā: que ad illorū regulā suā uult dirigē
uitā. Istius ḡ regule norma om̄ib⁹ xp̄ia-
nis p̄sōrū apl̄orū fca ē uita. Vñ sequit̄.
Ipi em̄ satis q̄admodū oporteat uos imi-
tari nos. Ac si dicit. Quia iam frequēt et
uobis uobis p̄ dixim⁹ et exemplis oñdīm⁹:
ideo notū facim⁹ uobis quō oporteat uos
imitari nos. Libent̄ facite qd̄ hortam⁹: si
a nobis traditū tenere uultis fidei regu-
lam. Dicit quidā senex. Scriptū est. iustus
ut palma florebit. Significat hic sermo

Ex^m

bonos actus. altos rectos et dulces. Est i pal-
ma unū manduū et ipm manduū habens oē
opacionē in se. Similit' in vno iusto reperit
vnu et simplex mēe cor. ad deū tmmodo
respiens. Est aut' et albū: habens illuā
cionē fidei. Et omīs opacio iusti in corde
suis est. Rā et acumen stimuloꝝ eius. ad
uersus dyabolū est pugnaciliū. **Ut vigi-**

Dulus apl's **lantes fuit mōchi lxxiii**
nos amonet dicens. Non dormia-
mus sicut ceteri. sed uigilemꝝ id ē
nō dormiamꝝ sicut ceteri infideles. inusti.
iniqui. qui ignorācie et torporis sompno de-
pressi. et pccōrū suorū mole grauati. quid
illis in futuro pueniat videre nō valent.
tam grauit' turpitoꝝ dormiūt. ut ad sui oꝝ
todiam cordis oculos non apiant. qui nichil
de futura glā. semp de pñti cogitant uita.
nō de hīs que nō vident' et etna sūt. sed
semp de hīs cogitant que vident' et cadua
et temporalia sūt. Nos aut' nō sicut illi dor-
miamꝝ. sed uigilemꝝ. Hinc nos et matth
ewāgelista salubrit' amonet dicens. Vigi-
late qz nescitis qñ dñs ueniat: ne cū ve-
nerit inueniat uos dormiētes. **Uti serui**
illi quos cū uenerit dñs inuenierit uigilan-
tes. **Vigilat** qui ad aspēctm veri lūis oculos
apertos habet. **Vigilat** qui seruat opando
qd' credit. **Vigilat** qui a se torporis et
negligēcie tenebras depellit. Hinc et apl's
ait. **Sive uigilemꝝ sive dormiamꝝ simula**
illo uiuamꝝ: id ē sive uigilemꝝ ad custodia
mē salutis. sive dormiamꝝ a noctuū huius

66
seculi curis. sicut cum illo uiuamus. id est sp
cum xpo et in xpo sumus. qui pro nobis mortuus
est et resurrexit. De hac salubri uigilatio
ne et dormitione in cantibus salomon ait.
Ego dormio: et cor meum uigilat. Ac si dicit.
Quantomagis a terrenis uelut dormiens quiesco
curis. tantomagis liberius cor meum ad su
perplationem uigilat creatoris. Illa enim a
nima metum semper cum domino uiuet. que hic
illi per dilectionem adherens a tergo eius nunquam re
cedit. Unde et dominus ait. Qui diligit me sequetur
et ubi sum ego. illic et minister meus erit:
id est in petrium meum uiuet semper gloriosus
et immortalis regnabit. Dicit abbas eu
grus. Si deficiat noster: ora sicut scriptum est.
Ora autem cum timore et tremore: et labora
sobrie. et uigilant. Ita oportet orare. max
ime propter malignos et inuisibiles inimicos
nostros. qui nos precipue in hoc impedire in
tunt. Dicit iterum. Quando cogitatio gratia in cor
de uenerit. noli alia per alios per orationem
querere: sed aduersus ea que te impugnant
gladium lacrimarum exerce. **De pugna uirtutum**

Unde se uiri sancti contra uicia **lxxxv**
beracius a uiciorum colluione de
tergunt: dum ab eis contra singula
uicia uirtutes singule opponunt. Aduersus
impetus uiciorum. contra uirtutibus est
pugnandum. Contra luxuriam. cordis est adhi
benda mundicia: contra odium dilatio est impar
da: contra iracundiam patientia opponenda: contra
timorem fiducia est adhibenda. contra tristitiam

Exm

Exm

gaudium. contra accidia fortitudo. contra auaricia largitas: contra superbia humilitas est opponenda.
Hic singule virtutes. nascuntur contra se uicia
repugnant. Libidinem abstinentia domat: quia
quato corpus media frangit: tanto mens
ab illicito appetitu reuocatur. Aduersus iram tole-
rantia dimittit: et merore tristitie spes
etiam gaudium superat: et que turbata mens
de exterioribus afficit. Dulcedo interiorum
quillitatis limit. Aduersus inuidiam operatur
caritas: et aduersus ire incendia mansue-
tudinis adhibet tranquillitas. Cum dom-
mo uiciorum contidimus: cum iniquitate que
nos a deo sepat luctamur. Cum consuetudinem ui-
olent resistimus: et desideria passa calan-
tes contra hec uis a nobis libertatis ingente
uendicamus: uiciorum agrumibus acerrimo con-
fluctu resistimus. Cum culpas penitendo pau-
timus. et maculas sordium fletibus lauamus:
fortiter contra uicia reluctamus. **Dixit** abbas a-
gathon. **Secundum** uoluntate mea nunquam dormiui
retinens in corde aduersus quemquam dolorem:
neque dimisi dormire alium habentem aliquid
aduersum me. **Dixit** abbas macharius. **Age**
fiducialiter o fili: nam et ego per uiginti
nos. non pane. non aqua. non somno satiatus
sum. panem pensatum accipies. aquam uero ad
mensuram. somnum autem parietibus me di-
taret melius paululum subrepe festinabam.
Dixit abbas ysidorus. **Si** cogitationes non ha-
bemus: feris similes sumus. **Sed** si mim-
cus quod suum est exigit: nos quoque quod nostrum

Exm

Exm

Exm

est implere debemus. *In*stantiam orōi: et fugat
mimam. *Pa*ram meditacionem dei: et vincas. *U*se
uerācia homi: uictoria est. *C*erta et corōna
beris. *D*ixit abbas Iohes. *I*anua dei hūi
tas est: et p̄s p̄ multas cōturbaciones acti
gaudētes intrauerūt ciuitatē dei. q̄ hūi
tas et timor dei supant om̄s uirtutes im
mici. *D*ebet ḡ. monachy an̄ oīa hūilitatē
habē: hoc est em̄ int̄ octo p̄mū saluatoris
mādatū dicens. *B*ti paupes spu: qm̄ ip̄oz
est regnū celozū. *De odio et correptione fra*

Exm

Paulus ap̄tus ait. *S*i quis *terru* *lexor*
nō obedit uōbo n̄ro. p̄ eplam hanc
notate. et nō cōmiseram̄ cū illo ut
confundat: et nolite q̄ inimicū existimāe
illū. sed corripite ut fr̄em. *A*c si dicit. *S*i
cū auctoritate epl̄e n̄re nō corrigit. p̄ uias
h̄as quis sit ip̄se nobis innotescite. ut ano
bis corripiat. uel eadē p̄ n̄ram eplam exco
municet: et uos non cōmiseram̄ tam
diu excoimato. quā diu nō obediens p̄cep
tis cōfenciat ap̄tus. et sic ab utrisq̄
a nobis s̄ et a uobis cōfusus. tandē aliqui
resipiscat. et emēdatus p̄ceptis n̄ris obe
diat. *A*ptū hoc in loco ap̄tus dat iudiciū.
ut nī excoimato nec actu nec cōsilio. nec in
aliquo cōmiseram̄ cōsorcio. *I*n uno eodēq̄
homīe. et firmitatē diligē. et uiciā possimq̄
odire. *A*liud em̄ ē qd̄ fr̄ est: aliud qd̄ in
nosus est. *D*iligamq̄ in eo firmitatē n̄ram:
et odio habeamq̄ uiciositatē suā. *P*sequa
m̄ in eo uiciū: et emēdatū ut nō smetip̄os
diligamq̄ eū. *H*inc b̄tus gregorius ait.

au

Ex

Hic mirum pyms exhibe odij discretionem de-
bem: ut diligam in eis qd sunt. et odio ha-
beam qd viciosi sunt. Dicit quidam senex.
mortificare se debet homo ab omni mala re.
Priusq; egrediat de corpore: et no ledat ullu
hoiem. Nisi habueit homo in corde suo qd p-
cator est: deus no exaudiet illu. Quid est i
corde habere qd pator est? Si quis portat p-
cata sua: et non videt pccm pyimi sui. Qm
em ho dimiserit voluntate sua: tunc ei re-
sistabit deus: et suscipit orone eius. Si con-
spexerim pccm mra: no uidem pccm pyimi.
Stulticia em e homi habenti mortuu suu:
relictu abire et flere mortuu pyimi sui. Qm
manu dm occidit omne pmogenitu in tenebr-
ti: no erit domus in qua non iacet mortuus.
Non em est ho qui uiuat et no peccet. Quis-
quisq; em mortuu id e pccm suu flere debet.
Pccm em mortuu dicit ppheta ubi ait. Q-
lauat a mortuo et iteru tangit mortuu:
id e qui plangit pccm. et iteru facit pccm:
nichil p fiat lauatio eius. **Ut mentis libos**
Utriusq; aplos ait. **succinctos habeat uirtus**
Uter qd succincti libos metis vte.
sobrii pfre spate in ea que offert
uobis gram in reuelacione ihu xpi. Ac si di-
cet. Qnto magna e uobis gra pmissa: tato
amplius digni ee curate ut ea pape ualea-
tis. Et rē dicit. spate in eam que offert uob
gram. in reuelacione ihu xpi: qz qui succincti
libos metis aduetu dm mente et corpore in-
tus exspant: merito qm reuelat spem. hic
et paulus ait. **Stante g. succincti libos ues**

ut succincti libos succinctos habeat uirtus

tros in veritate: id est pfecti state lumbos
 mentis acmcti. id est in omni picho virilit
 panti. et ab omibz curis seculi expediti.
 Quia iuxta membra carnis et corporis. oia membra
 die in scripturis vorent. nulli dubiu est. De q
 bus unu e membru: qd ut acmctum a dno
 pcept. Sunt lumbi viri pempti: et lucerne
 ardentes. Hinc et ppheta ait. Accingite
 lumbos vros sup ubera vra. Ac si dicat. In
 corde libidines resente: ne exterius in for
 matione turpit cadatis. Nam castus cor
 pe no tn corde. nullu pmiu habet in pro
 missione: qz scdm veritatis dcm. qui vide
 rit muliere ad concupiscenda ea. iam me
 chatus e eam in corde suo. Hi q. forma
 tiones phibeant a corde non pcept in
 ope. Sunt aut nonnulli. qui ad concupiscendu
 culmen pfectionis acmcti. du aliora in
 terius appetunt. exterius cuncta derelinquunt.
 Qui vero rebus habitis se nudant. gloria
 honoris se expoliant. qui intuoꝝ deside
 rioru p assiduitate se amici meioris assi
 ciunt. habe de exterioribus consolatione no
 lunt. hii intus gaudis dum mete appro
 piant. uita in se funditus corpore delicia
 omis necant. Talibus naq dicit. mortui
 em estis: et uita vna abscondita e cu xpo
 in deo. Horu uoce psalmista expresserat.
 cu dicebat. Concupiscit et deficit ana mea
 in atria dmi. Concupiscat et in atria dei
 deficiat: qui cu etna desiderat. in amore
 tyahu non pdurat. Hinc psalmista ite
 rum dicit. Defecit in salutare tuu ana.

In salutare g^o. dei animam iusti deficere: est p^o
tis uite bona et intatis dilectione deserere:
mansum querere: in rebus t^opalibus fiducia
am non habere. *De mortificatione uicioru*

Dulus ap^olus ait. mortificate mēb^o
vra que sunt sup^o terra: fornicati
one. inuidia. libidine et retem.
Ideo hec uicia et p^oca m^ona dicit et mēbra.
q^o p^o mēbra m^ona. sua cōplent officia. Q^o
nos consentire p^ohibet ap^olus dicens. Reg^o
exhibeat^o mēbra v^ora arma iniquitatis p^o
cato: sed exhibete uos deo. Omnia em gene
ralit^o p^oca et uicia. vnu dyaboli faciūt cor
pus: cui^o sp^och^o hec que sequūt uicia di
cūt mēbra. Vnde in epla scribit ad rōno.
Scientes q^o uetus hō n^o siml^o crucifig^o
est. ut destruat corpus p^oca. id est crimi
na atq^o p^oca que siml^o vnu corpus appellat.
qd^o destrui dicit p^o bonā uitā et fidem
catholica. Omnis em inuidia et libido
vno noie uocat^o fornicatio. Que si p^omu
auferat a cordis cogitatione: nō p^oripit
in ope. Verūp^o si delatione uel conse
su fuerit lactatū. crescit in colubrū. ut mor
tifero suū lactente occidat veneno. Ergo
non lactent sed mortificent a nobis: ne
mortificent ab illis. Hinc em paul^o dicit.
Qui aut sunt xpi: carne suā crucifixer^o
cum uicis et concupiscentis. Si oia siml^o
uicia crucifixa sunt. et caro q^o in cruce
pendens nichil concupiscit: quid nobis lex
que data est ad uicia coherrenda: Siml^o
illud notandū q^o eos dixerit xpi ee. qui

carnē cū vicijs et cōcupiscencijs crucifixe-
 rit. confilios qui solā fidem sufficere arbitran-
 tur. fuit quidā sener magnus: qui affir-
 mat dicens. Virtutē quā vidi stante sup
 baptisma: eandē etiā vidi sup uestimētum
 monachi quā accepit habitū spūalē. Cuidā
 sem data est grā vidēdi que fiebat: et
 dicebat. Vidi in cenobio aliqui frēm me-
 ditātē in cella: et dū meditatē fr ille.
 non p̄ualebat ingredi: cū uēo cessasset a me
 ditando ingrediebat ille demon cellā.

Ex^m

Ex^m

*et ecce demō
venēs stabt
foris cellā*

H Cryptū est. *De grā lacrimarū lxxxv*
 Quia ara filia thaleb suspnās.
 dixit p̄ri suo. Da michi benedicti-
 onem. Terrā iustitiā et arentē dedisti
 michi: iūge et irriguā. Et dedit ei p̄ri
 suus irriguā superius. et irriguū inferius.
 Hoc significat q̄ a iustore. et p̄ri mō
 deo. cū magno gemitu querēda est grā
 lacrimarū. Sunt nāq; nōnulli. qui iā alia
 dei p̄ceperūt dona. que significat iustit-
 ias terrā: sed adhuc lacrimarū nō ace-
 perūt grām. Deū em̄ sciens aīa. p̄us
 timore rōpūgit: post amore. P̄us em̄
 in lacrimis sese affiat. q̄ dū maloz suoz
 recollit. p̄ hīs p̄peti sup̄flua etna p̄timef-
 cit: at cū longa mēozus anxietudine fue-
 rit formido consūpta. nascit quedā iā
 de p̄sup̄tione venie securitas: et in aō-
 re celestū gaudiorū aīng inflāmat: et
 qui p̄us flebat ne ducēt ad supplicū.
 postea flere amarissime incipit. q̄ differt

a regno. Contēplatur em̄ mens. qui sunt illi a
 gelici chor. que societates scōrum spūm. que ma
 iestas intne visionis dei: et amplius plā
 git qz bonis p̄hēmbus deest. quā flebat
 prius cū mala etna metuebat. Sic etēi fit.
 ut p̄fca spūctio formidinis trahat aīm
 ad compunctionē dilāōis. Irrigui quip
 pe sup̄q̄ accipit aīa cū sese in lacrimis cele
 stis regni desiderio affligit: irrigui uēo m
 ferius accipit cū inferni supplicia flendo p̄ti
nisi in me. Et p̄t̄ hoc declināe ab ista viā p̄ci
losū dāpnosū z mortiferū est. Set̄ em̄ viā regā
que xpūs est latrones infernales insidiāt̄ nobis
z d̄ipuit nos sibi. Quid em̄ est qd̄ nos alliat et
retardat gressus nros q̄ nō ad eū z in eū totā au
ditate currimz ip̄m̄ saluatore. ip̄m̄ coronatore. et
ip̄m̄ p̄m̄ largitore. s̄ ab ip̄o magis fugimz id ē ab
eius imitacōe ac si eet viā errans. V̄itas fallens
et vita deficiens. Ambulamz p̄inde vias difficiles
vias inq̄tatis vias oberrātes in r̄gione distitū

87

diuis z habitates in tenebris z in umbra mortis in
finitis inferis expositi instabiles z inquieti postremo et
infi quasi fuerint in carce etne damnatois detrudedi.
Quid est miserabilis q̄ dyabolo z creaturis fuit z
z deu creaturatu eē mētē excludē. Nulla em̄ pt esse
maior infama iut b̄tus gregorius q̄ q̄ homo p de
latōe momentanei obligat se ad etna supplicia. Tu
vō h̄mie si b̄rauiū etne volatōis cū oībus sanctis
cupis apphede. **V**ia que xp̄us est amplectē z eiq̄ quā
cō m̄ q̄tū tibi possibile est te q̄formāe stude. Qui
em̄ in xp̄o se manē dicit et ad ipm̄ pueniē cupit.
debet sicut ille ambulauit et ip̄e ambulāe nō ambie
trena nō caduca lucta sectai honoresq̄ m̄fimos fuge.
sem̄ ḡteptū mūdi p celesti gloria libent̄ amplecti.
om̄ibus pdesse velle. nulli iniurias facē. s̄ z m̄fenti
bus a dno uenā postulāe. nūq̄ sua s̄ sui conditoris
querē et quotq̄t valet ad amorē celestiu eige. carnis
q̄ delicias euitāe. xp̄us em̄ elegit qd̄ carm̄ est mo
lestus. Et quāq̄ aliud docet ab illo tāq̄ a seductore est
fugiedū ait bernardus. **U**t at̄ h̄c via q̄ it̄ ad celū q̄ dā
formula honeste vite sub breui fmoē tibi scribā q̄ si
tūitate xp̄i attensq̄ fruaueris. mitā pauldubio q̄sequeris
etna. **P**rimo ergo an̄ oīa c̄ta cordis tui puritate te stu
de oportet q̄ ut assequi valeas. n̄cē est ut sup̄ grege
cogitacōnū tuarū sollicitate vigiles ut s̄z cogitāe uel
meditāi corā deo p̄m̄estās qd̄ in p̄nc̄ia hom̄i pem
tus dicē uel facē merito erubescēs. **S**ciens qz sicut p
ūba uel f̄a im̄otesm̄q̄ hōi sic m̄m̄rū p cogitacōnes
deo. **S**ciendū est t̄i qz licz cogitacōnes m̄m̄de que
violent̄ hōi irripuit. mētis puritate p̄turbat et
p̄m̄stet nō t̄n hanc ad culpā mortis p̄c̄a p̄trahūt
q̄ diu rō nō q̄sentit. v̄n̄ dicit b̄tus gregorius. **N**eq̄
q̄ cogitacō im̄uda mētē m̄q̄nat cū pulsat s̄ cū
h̄at sibi p delatōne subugat. **U**t aut̄ oēs has fan
tasias dyabolice fraudis ac oēs noxias cogitacōnes
a te expelle et effugāe valeas sit tibi xp̄us in corde
et nūm̄ q̄ ymago crucif̄xi ab aīo recedat. **H**ic tibi

fit cibus et potus. dulcedo et consolatio tua. mel tuum et des-
derium. lectio tua et meditatio. vita tua et refectio tua. **Q**
p cogita illum aut positum in presepio. aut patens iudicium.
aut in templo patri presentatum a patribus. vel saltem in templo
audietur doctores et interrogante eos qui docet hunc scilicet
aut saltem ipsum qui est gloria angelorum. spiritus illius pal-
ma in facie pressus. spiritus coronatus. de probis saturatus.
tu. ad ultimum tu inquis deputatus. et per te in cruce
pedet atque spiritum suum in manus patris committit. **T**ota
que vita et passione christi ante mentis tue oculos reuolue.
Sicut mirum est fasciculum tuum mirre dilectus tuus
tibi in uerbera tua commorabitur. **S**i de omnibus et singu-
lis amantudibus et amietatibus domini tui quasi quodam
fasciculum colliges unum amarum poculum et dulce ut ita dicitur
enim tibi conficias. **C**or tuum sursum sepe eleua que sursum
sunt sapiens et queres ubi christus est in dextera dei
sedens ut dicere possis tu apto. **E**t si christum secundum carnem
ne cognouimus sed nunc iam nouimus sed poculum secundum non
gloriam diuine sue maiestatis sane omnia noueris semper
cordis elatione iactantia atque arrogancia marie esse
fugienda sciens proculdubio quod abhorribilis est deo omni-
um exaltans cor suum. **R**ememere sepe spernere neminem non
teas aut detrahas sed omnibus te inferiori et uiliore
ex merito cordis affectu credas. quod ideo dico quod multi se
verbotenque peiores asserunt qui tamen se esse peiores non
credunt. quod cum de aqua culpa correpti fuerint se sta-
tim defendunt et excusant ne peiores esse uideantur.
et tales non sunt humiles sed uentit superbi. **S**uperbie namque
per uicium ut quod de se fatei quisquam quasi sua uolunta-
te spontanea dignatur. hoc sibi aliis dici ab aliis de-
dignatur. **T**ristitia autem dissimulata in quietu te decet.
quodam humilitate in facie semper pretendens. **S**i coram po-
situs alicui rei causa ut assolet fueris ride impulsus non
sit risus tuus excelsus. **Q**uia sis sciosus quoniam aut legas
aut de scripturis sacris mediteis. aut quod melius est
psalmos rummes opando nichilominus quod tibi precep-
tu est. **I**n omnibus assuescas tuas frange uoluntates

et papue in extioribus actibus stude te abnegare. Aliozū
 beneplacita affectas cū omni vigilatiā adimple. in licitis
 exerce et adimple. Illas scripturas libencius legas que
 papue apud dnm deū tuū devotionē tuā inflamet et
 que ad tuū alluciat mtellm. Et cū oraveris nō adimple
 as aures audietū fmgultibus et suspirijs. Et intete
 ora deū in cubiculo cordis. ab oroe reūtais ad lāionē
 ut fastidiū lāio submoueat et ad oroz te puoret. Quā
 q̄ alibi figas oculos tuos aut facie nisi in cruce
 xpi. Sic accede ad abū ut nūq̄ voluptate et nūitate
 pascas et fames nō sapor puoret appetitū. fmgula
 tate fuge et continentate esto contentus sciens q̄ i caro est
 pasenda et vicia sūt extingueda. Et cū ad stratu
 lassus venis te honestissime iacendo q̄ponas. Si forte
 te lūrie pompa extussit. recurre ad dilon tuū poi
 tu sup lom doloris. et hec dicas in cordibus tuis. deq̄
 meus pedis in patibulo et ego voluptati opam da
 bo. Sicq̄ tuocato noīe saluatoris cessabit quassatio.
 Cū aut surrexeris ad vigilias lauda creatore tuū ex
 omibus vibus tuis et ad laudē tuū redeptoris ex al
 ta in fortitudie voce tuā. Postremo puissimū erga
 xpm semp amore habeto nichilq̄ pt̄ ipm seu qd̄
 nō ppt̄ ipm amare memeto. multo plura tibi de mō
 vuedi scōe posse. Et q̄ ista mā copiose a multis
 alijs doctoribus est diffuse tractata. ideo ad alia festi
 nās supsedeo de hys verūptn h̄ fac et viues. Sic
 ergo curte ut h̄ mostratu est et vtiq̄ brauiū celestis
 vite q̄p̄hedeas. h̄ de 2o **primus cursus**

Postq̄ p̄ quā viā curtedū sit declaratu
 est nūc sup̄e ut quō nobis curtedū sit de
 mostremq̄. Circa qd̄ sciedū est q̄ curtedū
 est pmo caute dñi q̄monet nos a plus di
 tens videte quō caute ambuletis. Ambulas em̄
 p̄ hūc mūdū multa indiget cautela ppt̄ multipli
 ca picula de quibus ait bt̄us b̄nardus. heu me

Dne deus meus qz vndiqz immet m' bella vndiqz te
la volat vndiqz picula. vndiqz impedimeta quatuor me
vto nulla securitas. z que mulcet z molestat timor. q
sues z refectio sopnus z vigilie. labor et requies m
litat cont' me. Itē idē plenus est iste mundus spms.
mtra te sut. m carne tua sut. In hys vsai z nō ledi
diuie potēte est. nō tue vtutis. Itē idē pbat tūseu
tū raritas z pēitū multitudō. In mai marfilie de
quatuor nauibus vix pēit vna. In mai em huius mū
di de quatuor aiabus vix saluat vna. Si ergo ad por
tū eterne quietis ptingē z picula huius mūdi p'strepens
euadē galpistas. opus est tibi magna z sagax cautela
z cūspēctioē sollicita eges valde ut scilicet cotidiana
discutioē cogitacōnes locucōes pit' z frā tua apud te
metipm' exammes. Nocte igit' cū ad secretū lecti p
uenis dic' aīe tue. **O**mnā qualiter diē istū expedim' q
quid ve boni uel mali fecim'. De bonis stude deo
grās agē. De malis ues pete veniā. Multi ues m't
ta scūt z serpos nescūt. Alios inspiciūt z serpos
deserūt. Sed qd ues pdest multa cognoscē z serpm
nō intelligē. **Q**uid em psūt tre amomcois m'si de
leam' de libro q'scāe trās mortis. Multo melior est
ait btus bernardus. Si tempm' cognoscas q' si te neg
lecto cognoscēs curfus siderū. vires h'barū. complex
ioēs homī. naturas aialū. z habēs omī celestū et
t'restriū scāz vt ergo in via huius piculosi seculi va
leas caute ambulae. da opaz m't ne laom' z stude
cognoscē tempm'. **C**onsideta vñ venis quo tendis.
quo uiuis q' agis q' amittis q'stū cotidie pfias. vel
etiā q'stū defias q'bus cogitacōibus magis macta
ris. quibus affabus frequēius tāgeis. **V**el quibus
teptacōnū machinis a maligno spū acruis m'pug
nais z cū totū statū m'tioris et eptioris hoīs q'stū
possibile est cognouis nō solū qualis sis s' qualis
esse debeas pensa. **R**ā iuxta doctemā bti augustini

magis cogitare debes quod tibi desit quam quod assit. Quod
enim habes caue ne perdas. quod enim nodum habes supplica
ut habens. **Et** quod tibi es minor aliis est non a te confidendum
dum non in quibus sis maior. Si enim cogites quod tibi precessisti
alium tunc timore. Si uero cogitas quod tibi uideat in ge
nere et cum in gemis carnis. humilis si fueris tunc
ambulabis. non precipitabis non inflaberis. **h. Augustinus.**
Sunt enim nonnulli qui in uirtutibus habent aut agere student
et tamen cum alios peccare aspiciunt iustos se in peccato aliorum
aspiciunt et preterdunt. dum in aliis pensant malum quod sunt
non habent in se negligunt confidere quod habent et eo du
runt contra alios superbiunt quo sua negligentius ignorat.
Sunt et alios in spicietes et serpens desentes quibus ca
dunt dum se extollunt et alios contempnunt. Unde etiam keme
sane debes quod plerumque uirtus habita detegit quod abest in
efficit quod dum ad sui confidentiam mentem eigit eam elacois
gladio transfigit. **Et** tunc uir doctus beati gregory in
nunc malum est uirtute amittere quam de uirtute superbie. mag
no opere oportet ergo nos bona semper agere et ab impijs
uirtutibus bonis nos caute in nostra cogitatione custodie
re si mentem eleuat bona non sunt que non auctori mili
tantur et elacois. **Si** enim uiri habent hoc proprium ut bona que agunt
uideant et tamen cum peccant ab eorum memoria oculos auertunt
et ope de peccatis leticia deprimunt. **Atque** per hoc quod me
se adhuc ut minus malum pullulante aspiciunt omnia alia
bona que fortiter egerunt annullant et per nichilo reputant
se quod nulli mentem estimant. **Atque** reproborum proprium est quod
unquam minus bonum faciunt a malis suis omnibus res
ponsum suum pertingunt. **Atque** ex hoc dum extreme bonum
faciunt tota intentione semper aspiciunt et ex eo quod iam scios
reputatis obliuiscunt omnium malorum que commiserunt. **Immo**
est quod scriptura dicit quod melior est iniquitas uiri quam mulier
et beneficiens. Quia culpa fortiter et peccatorum uirorum ple
rumque fit eis occasio uirtutum. **Et** uirtus infirmorum et non
plene deum diligentium non nunquam fit eis occasio peccati
et etiam superbiendi. **Amplius** igitur debemus in spicere bo
na que nunquam fecimus quam ea que nos iam fecisse gau

funt

peripitui

humiliat

Yua

demus nisi forte in casu quo dyabolus nō temptando
in despectis baratu p̄cipitāe conaet̄ q̄ tūc expediet
bene acta ad mētē reuocāe & ad memoriā vt sic des
peccōnis **peripitui** subi fuge possimq. Iux̄ illud qd̄ sc̄
tū est. In die **maloꝝ** bonoꝝ ne m̄memor sis ma
loꝝ. Et in die maloꝝ ne m̄memor sis bonoꝝ mag
na p̄inde cautela nos vti oportet ne offendamq̄ in
via dei. Sepe em̄ vt ait b̄tus gregorius fulget in
estiatōe opantis qd̄ soadet in q̄sp̄tū iudicis & mōe
penā m̄currimq̄ vñ gloriā q̄sequi speramq̄. hos
tis etiā antiquq̄ ut nos ad vicia p̄tēhat ip̄a opa
vicioſa m̄t̄ q̄ndē v̄tuosa. Plerūq̄ in vitijs bl
ascendis agit̄ & iusticia putat̄ atq̄ imodeſta ma
iusti zeli m̄itū credit̄. Plerūq̄ etiā dissoluta re
missio q̄ m̄asuetudo & pietas putat̄. remissio em̄
distrēno credit̄. Effusio liberalitas. c̄chinnatio iocū
ditas. Plerūq̄ sup̄bia excedit in v̄bis & v̄idei appetit
libtas puritatis nō nūq̄ pusillanimitas app̄bat̄ atq̄
humiliat̄. Sepe em̄ timor sic r̄stringit ut res in quib̄
p̄desse putat̄ m̄strāe p̄t̄m̄est̄ & h̄o t̄n̄ h̄ūi h̄ūi
litate eē putat̄. hec aut̄ culpe que sp̄em virtutis
tenet culpis aptis & manifestis sūt q̄uozes nā ille
in apto cogit̄e am̄ in q̄fusione deiciūt atq̄ ad p̄m̄ā
trahit. Ille uēo in p̄m̄ā nō solū h̄ūi h̄ūi. s̄ etiā dū
v̄tutes putat̄ am̄ opantis eleuat̄. Hinc est q̄ nōnū
q̄ h̄y qui via sc̄itatis appetūt in errore lapsi tardiq̄
em̄dat̄. rectū quippe estiant qd̄ agūt & ideo a suo p̄m̄
to flecti nequeūt s̄ p̄t̄m̄atius iudicio suo t̄m̄at̄. V̄t̄
ergo plane q̄ cū beato iob v̄t̄ oīa opa sua caute am
bulas & sollicitate cū d̄no deo suo. Quid est em̄ quod
sc̄a aīalia que vidit ezechiel p̄ph̄a desc̄būt̄ plena
oculis a m̄ c̄ritu an̄ & retro nisi q̄ sc̄oꝝ actio ab
om̄ p̄te c̄t̄specta eē debet. bona desideat̄ h̄ūi p̄
uidens & mala sollert̄ caues. Inde ergo l̄m̄ ut
caute ambules oīa opa v̄ra debita c̄t̄spectione
& mat̄a delib̄. atōe p̄uēiēdo p̄cedant palpe
bre tue gressus tuos id ē opatione tuā r̄m̄ q̄silia

90

puerant. et oculis subtilibus dyaboli insidibus sagaci
et confidendo obuia diuinu auxiliu uocando et eius ne
quiritas tuo confessori detegendo quatenus sic curras ut
prehendas

Staudo curredu est festinat no segnit seu
pigre aut remisse et ergo no dicit. Sic ite
sicut sic currite. festinat aut currit q despec
tus omnibus tremis ad celestia fuido deside
rio anhelat q extusso omni torpore et pigritia omni insti
cia et uigilia se macipat diuio fruicio. Obluiscet
que retro fut et in antioza se semp extendes et bernar
dus Gaudia paradisi ymo q nichil diligit q ad h' atq
tenda no fuerit desideo aspiciat. Et ergo tunc uir
doctna ammonitione bti theodmm. q reliquisti pa
rentes frs et sorores et amixisti te ad curreda via
dm noli remisse age. noli tempq tibi ad penitendu in
dultu negligenter expende ne postior error peior
fiat poze. Et oblitus posterioru poza sectae neqqs
confidens q alij faciunt sicut q boni tu debes face. nec
peccatu ducas multitudie. Et uiue cu paucis ut cu
paucis meis mueri in rigno. Multi ues fut uoti pau
ci ues elu. Sequie em uiuos et dnmite mortuos se
pelie mortuos suos. Semp q memeto q rignu ce
loru no tepidi no molles s violenti idest uolentia
seu dnm sibipis infentes et strenue repugnates de
sideris sue carnis rapiunt illud. Sicut ergo exhibuis
ti membra tua frue inuidicie et iniquitati ad iniquitate
ita nuc exhibeas eade frue iusticie in satisfacione
et isto deu qstepisti enormis in ~~ta~~ culpa tanto nuc
fueris famulae ei in pnia. Clama et dic dies mei
sicut umbra declinauerut et sine fructu peierut pla
teat tibi dne ut retroque eos in amantudine aie me
e. Iuxta ergo doctna bti bernardi semp adde se
pambula. noli in uia deficere. noli retroire. noli deui
ae remanet qui pfiat. retroredit q ad ea reuoluitur

in iam recessit. deuiat q̄ apostolat. Itē augustinus
Semp̄ tibi displiceat qd̄ es si vis p̄uere ad id
qd̄ nodū es. nā ibi tibi placuisti ibi r̄masisti. Si
aut̄ dixisti sufficiat p̄isti 2 ergo si lassesse lassesse.
a bonis op̄ibus nolimq̄ valde n̄re est ut nichoae
nos cotidie credamq̄ dicetes cū p̄s Ecce nūc tēp̄i
ge t̄ ergo h̄mie a sop̄no torporis 2 pigritie 2 festina
ingredi in illā r̄quie quā deus p̄pauit diligentibus
se qz gradus r̄stat tibi via parā p̄fecisti 2 multū
habes p̄fice 2 qz amorē ad deū accendimq̄. Et ille festi
nāt̄ arretit q̄ deū fūide amat. Idco aures dūne pie
tatis m̄fatigabili desiderio pulsa ut sui amoris flagra
tia tibi indulgeat orans cū b̄to Augustino. O amor
qui semp̄ ardes 2 nūq̄ extinguis caritas. Deus meq̄
accende me veni in cor meū 2 ab v̄itate voluptatis
tue me mebrua. O quis m̄ dabit ut venias in cor me
ū 2 mebrues illud 2 obliuiscar mala mea 2 b̄n̄ v̄nū
bonū amplectar te. **H**eu heu quidā hodiernis t̄p̄ib̄
ardētius currūt in m̄f̄nū q̄ multi boni in p̄adiū.
Dn̄ dicit magna abusio ardentiq̄ seculaēs desideant
p̄nciosa q̄ nos v̄talia. et alacrius currūt ad mortē q̄
nos ad vitā. heu heu q̄cū h̄is diebus nouissis m̄re
puut 2 r̄fuguit fuor caritatis 2 p̄cipue claustralib̄
2 q̄ta in eis obrep̄it dissolutio ac negligēcia r̄ligi
onis. Egressa est em̄ a filia syon idē r̄ligioē oīs de
cor eius. misit hostis manū ad oīa des̄. Desideabilia
eius 2 nō pep̄it sp̄eosis ip̄iq̄. Bernardus. Quis in
p̄ncipio cū ordo incep̄it monasticq̄ ad tantā credet mo
nachos mercā deueniē. O q̄cū distamq̄ ab h̄is qui
in diebus b̄ti Anthom̄ er̄tē 2 fuere monachi. Illi
siquidē cū seuitē ex caritate reuēnt tāta ab̄m̄tē
auuiditate panē aīarū p̄cipiebāt ut corporis ab̄u pem
tus oblitū dieq̄ p̄teruq̄ totū vent̄ibus s̄ nō m̄tib̄
tr̄sigent. Et h̄ic eāt r̄tus ordo q̄ digniori p̄ti p̄us
m̄f̄uebat. nobis aut̄ quemētib̄ in v̄nū vt v̄bis
apti v̄tar iā nō est d̄m̄cā tēnā maducāe. panē m̄p̄
celestē nemo est qui req̄rat. nemo qui tribuat.

nichil de scripturis nichil de salute animarū agit. **S**ed po-
 tius nuge et risus pferunt in deū fusi sumus nūc ex-
 us et de regno dei qd' mē nob est verū etiā et p hōm
 bus bonis relictis foris querimus vanā consolationē de
 damnatibus et misamis falsis. **Q**uā multa assilant mu-
 riapi hodie q' bene amat q' mede p'fices s' nō vult ma-
 de seu madefacē cruxa. **S**ic etiā multi affectat habē
 deū s' nolūt p deo seu vita etiā acq'eda laborare. **I**n
 gregorius multa cupiūt exolae de miseria pntis ex-
 ih ad gaudia teli s' tū nolūt care oblectamētis mū-
 di. **V**ocat eos grā s' ruorat eos q' cupiscētia s'li. ple-
 riq' cupiūt mori morte iustozū s' tū vūie nolūt vi-
 ta eozū. et h' mētū p'ibūt. nā opa eozū sequūt illos.
Qui em nō laborat in pntis vite studio p v'utib' q'
 acq'endis nō maducabit in et'no quivuo cū scīs.
Impossibile em est ut ait **T**heommg ut quis pntib' q'
 et futuris fruatur bonis. **V**t q' ventre et ibi mētē im-
 pleat. ut de deliciis ad delicias t'iseat. ut in vtro-
 q' s'lo ut in celo et in t'ra appareat gloriosq'. **I**n v'eo
 l'ime iur' doct'na pauli. vigila in omnibus labora cū
 omī studio et diligētia. dilectm tuū quē. **Q**uā em p't
 man' opa tua opai m'itat. **Q**uia nō opus mēdi
 nō rō excusadi seu scia allegadi nō sapiētia deū q' tēplā
 di est apud m'fēos quo tu p'p'as. **S**ic ergo curare ut
 et p'phedas

Ueruo curredū est pseueant' qz tūc placet
 deo nra q'ufacio qm bonū qd' m'igomng p
 seueanti fine q'plem' **Q**ui em pseuea
 ueit usq' in fine salus est **I**n gregozia
In cassu bonū agit' si an vite t'm deseātū. qz frus-
 tra velat' currit q' p'usq' ad metas veniat deficit.
Hinc est q' p moysen cauda hostie in altari offerri
 p'cipit' ut omē bonū tū incipit' pseueanti fine ad-
 mpleat'. **T**imor em d'apm deberet nos sollicitare
 ut in bono qd' incepim' pseuem'. **Q**uonia t'pley

dāpnū incurret qui pseueanciā amittit p̄mū dāpnū est culpe vñ gregorius aymois est excessus veritate nō agnosce q̄ in ea agnita nō manē. **D**abolus sciens multis argumētis insidiat̄ eis q̄ renūciat sc̄lo ut illiq̄ se mēri amorī substnāt. Et illos ait **I**hēom̄nq̄ glūq̄ cupiscētis fiet quos p̄renūciatōē ad amorē mūdi r̄ducit. **S**cdm̄ est gr̄e dāpnū vñ ezechiel p̄ph̄a ait. **S**i iustus ausus fuit auiticia z̄ fecerit iniquitatē om̄i iustiarū suarū nō r̄cordabor. **A**d fine em̄ oīa denōiari iustū est ait p̄h̄s. Et cuiq̄ fms̄ malus est ip̄m̄ quoq̄ malū est. **I**te **I**hēom̄nq̄ qui bona m̄choata nō q̄sumat dū p̄pōita non p̄ficiūt z̄ que fueant cepta quellūt. q̄ nec malos bona imp̄f̄ta adiuuāt nec bonos mala m̄sumata q̄dēpnāt. **T**ercū est dāpnū et̄ne glorie vñ ap̄t̄ paulū. **R**esatis qd̄ h̄m̄ qui in studio ~~currit~~ currit oēs quid̄ currit s̄ vñq̄ accipit bzauū s̄z̄ pseuerans. **R**a sola pseueancia coronat̄ ut ait bernardus. **I**te **I**sidorus **S**alus m̄choatibq̄ p̄mittit̄ s̄ p̄mū s̄c̄lū pseueantibq̄ dat̄. **A**d qd̄ designādū pat̄ familias p̄t̄ in ewāgelio hora uesp̄tina cū sc̄o eēt dedit m̄ tede op̄arijs suis et nō in sexta uel nona in nona. **Q**ua p̄t̄ em̄. **S**i instat̄ **D**abolus psuades ut de cruce ut rursus te m̄solues ḡcipiscētis s̄ sc̄li p̄m̄ tētia defēas. **S**i em̄ dixerit tibi. **S**i filiq̄ dei es dic ut lapides isti panes fiant. h̄o est dicē q̄tē austeritate p̄m̄e in suauitate uite carnalis. **R**oli tñ agēs tē. **S**i cū dno p̄mane moriendo in crucis p̄m̄e sciens qz̄ si pugnādō mori q̄s q̄ mortuus mori r̄onaberis. **V**e aut̄ tibi si declinādō pugniā fugeris qz̄ p̄dis victoriā simul z̄ coronā. **D**emones p̄p̄u e illos tēptat quos sciūt nō fmos z̄ q̄stas in bono qd̄ inceperūt. **S**i ergo sp̄us p̄tate h̄m̄s ascendat sup̄ te volens te ex h̄e de loco tuo. **L**opū tuū ne dimiseris s̄ firmas z̄ q̄stas īstite diabolo z̄ fugi et a te. **S**icut em̄ stultus est q̄ tpe tēpestatis

descedas

~~et sapie in certioribus actibus stude te abnegare~~
 erit de nani z picit se in nian. ita summa stulticia
 est tpe teptacionis nauie religionis dimitte z ad
 demergedu se. in maie se picipuie **Volenti em in**
bono qd' nichoat' imobilu' z fixe pduare ta sut
 nctaria p'mu est ut pleno corde z no ficte se ad
 deu qutat. nichil de suis v'ibz psumes s' tolut se
 in deu piciens. cotidie sic deu deprecas ut cu ps di
 mt. **dige dne in aspau tuo ma mea.** **Qd' est qtra**
quosda q' bn solliciti sut de nichoat'one aliq' boi. et
pho deo mstat in oroe z in tpo de eij nichoat'one
qfidut. postq' veo bonu est nichoatu no cogitat de
eius qseruacoe no mstares deo in oroe p h'oi. **Qz**
de se psumut z se aq' ee putat no attendetes q'
no mmor est vtus q' quere p'atuei. et quod cito
bonu amittit' n' a deo largitore custodiat' ut dicit
gregorius hinc em accidit q' multi pleruq' possi que
det' t'ouut atq' indigetibz cucta largiut'. **Qz tn an**
bite t'mnu auaricie pzurugie accensi aliena appetut
qui sua largi videbat' z p'tmacti p'q' crudelitatem am
buut que ficta p'us pietate v'ligit'. **It' gregorius**
Sepe nonnulli mudu despiciut. scitatis habitu asu
mut moriq' ut pa limina bn viuendi p'tingut obli
ti qui fuerut affligi p' p'maz de qsumatis nequi
ms nolut. laudai de nichoata iusticia appetut. p'ee te
teis. eua melioribz qcupisat' quos du iur' vota p'ns
pspeitas seqt' peiores de scitatis habitu q' p'us fu
erit fut. na rebz multiplicibz occupati. ipa aut
occupacoe qfusi no solu p'etta no deplorat. s' adh'
que deplorat' exaggeterut. **Sedm est qd' ho debet ta**
le p'fione mape q' semp valeat ad ea adde z qtmue
p'fice na in via dei no p'fice est deficere. **Debet igit'**
corpus suu castigae s' no occide z debz discipliare z
disciplina cu rone regulae. **Multi em an tepus se des**
truit morumatis laboribus z vigilijs. et tales

fit sepe cum spiritu repemur heu carne assumunt. Pa ut be-
atus bernardus dicit pro habz dyabolus efficaciq ma-
chinamentu ad tollendu dilectione de corde hois q si effi-
ce possit ut in via dei incaute z no cu rone ambu-
let. In dicit apud pibile sit obsequiu vrm. Terciu
est ut habeat qmum desideriu pficendi z ad alioz
puerendi. In decedendi incidit piculu. ut ait leo papa
qui pficendi pdidit appetitu pro debemq ergo in de-
sideris carnis moleste z desideres in bono ee. s; in me-
ditatoe legis dune z in exercicio vritu stemu ad ala-
ore statu semp indefessis conatib; more esurietis
anhelae debemq vritute amplioze z graz sicutet et
desideantes in furoze z vritu exatatoe sumope pse-
ueare vide ergo hunc voboz tua z cetera dno tantu
nouu qd est tantu amoris qz ue mirabilia in te sent
Tene qd habes ne alt accipiat corona tua. no solu
in bono qd incepisti pssiste. s; emulae tuis celsis
melioza. marie aut ut ames creatore tuu vt sic p-
ficedoz in bono pseueando tade dilm tuu appen-
das. Quarto ergo est curredu rre. rre uero tuzri-
mg cu de hys bonis opibus que agimq nichil tiale
uel trisitoriu s; solu gloria z laude dei queimq. pte at
no tuzrit qui aliud q; deu queit qui de bono ope qd
agit extollit z supbit. licet em videat in celu curte
gressu certiozis opis. gressu tn metis s; q ad mteq
one tedit ad mfnu. pte etia no tuzrit qui queda bo-
na agit z tn a malis sibi no cauet. Vdesse bonane
queit. si mala que subripuit no cauet. ait gregoz
De tall septu est. Qui aggregauit mcedes misit
eas in sacru ptusu. De facto qui ppe ptuso aliude
erit qd aliude immetit. qz indistrete metis mce-
de que ex ope acqru no aspiciunt quo ex ope ma-
lo pdat. hinc etia septu est. de pctozi mgredie
ti duab; vns. Duabus vns quis tra mgredit qui
bona q facit etia mala admiscet z talis in vanu
laborat. vng em qstrues z vng destrues q pdest

eis nisi labor. Quid pdest. ut gregorius q̄ ciuitas
 bene caute custodit. si unū foramen aptū relinquit p̄
 qd̄ ab hostibz intrat. Om̄ ergo custodia h̄m̄e sua cor
 tuū z nullū p̄cc̄m̄ saltē em̄ale admittas. nā modico
 fineto tota massa corrūpit. Itē currit q̄ ab om̄i mu
 ne manū suas extulit. ita q̄ n̄ ab huāno corde ubi
 gr̄az n̄ ab ore hom̄i laude. n̄ a manu r̄ipe dona
 tione. vel t̄p̄alis rei p̄mū queat. q̄ em̄ ad bona opa
 nō metus s̄ affūs dignū. cui malū nō placz etiam
 silēt. Qui aut a p̄uo ope ex timore r̄strigū. li
 bent̄ mala agēt si licēt. Et t̄m̄ est. q̄ nequaquā
 t̄m̄ est q̄ a p̄s̄itatis desideis lib̄ nō est. Ut ergo
 brauiū et̄ne felicitatis possis asseq̄ z q̄phede. Sic
 ut d̄m̄ est curre stude. Hec de t̄rio.

D Est p̄d̄cā vidēdū est q̄re curredū est. P̄mū
 est breuitas vite. Vn̄ dicit iob. breues dies
 h̄ois sūt. Quid est vita nr̄a n̄ vapor ad modicū
 patens z vanitas vanitatu h̄o em̄ nr̄m̄ uiuē a
 vita b̄s̄ie est p̄ns vita nō est n̄ cursus ad mortē
 Qui ergo breuitate huius vite z fallaciā glorie mū
 dane q̄s̄ideat merito h̄ac vilipedit z q̄tēp̄nt z me
 t̄m̄tatis amorē cor suū figit. Vbi uerū sūt gaudia e
 t̄nalit̄ p̄m̄asura. Et ergo dicit quidā d̄ictator. Curta
 sūt horāia nec et̄nis patria que sūt in h̄o mūdo. Qui
 h̄o m̄te r̄spicit z mūdu nō despiciat. par est furibū do
 q̄te aliq̄. Vita nr̄a m̄s̄ea tr̄nsit m̄m̄s cito. in ea igit̄
 spē ponē nolito. S̄z p̄ p̄manētibz gaudiis labora quo
 r̄ū pia sanitas manet om̄i hora. Itē q̄dā v̄s̄ificator
 loquēs de breuitate p̄ntis vite sic dicit. Quis scit ad
 huc an nos plures q̄plebimz ānos. Resas tras ante
 mors sit r̄aptura uel an. Vite si curte memor eē ve
 lis mala cur te. Viuē nō tedet cū vita rerū mala
 te det. Qui em̄ ut dicit gregoriz p̄m̄teti veniā spo
 spondit peccati die crastmū nō p̄m̄sit. Vn̄ cotidie

terminus q̄ dū hō libent̄ ac iocūdisiē morat̄ diuq̄
se victurū arbitrat̄ ac multa in tpe longo disponit
agedi rapit̄ subito a morte z ex impulsō aufert̄ a
corpe Dies em̄ hoīs sicut umbra sūt sup̄ t̄ra Et tūc
ip̄e nichil est cū st̄ae videt̄ Tūc p̄ibit̄ z in m̄gūlū re
digūt̄ cogitacōnes eozū uel eiꝝ Tūc intelligit̄ q̄ si
gūenda fuit h̄c vita quā amauit z q̄ lugubre id fuit
vñ h̄c in s̄p̄iet̄ gratulabat̄ Tūc inuēit̄ q̄ in et̄nū
mutū nō p̄t̄. **O**mittamꝝ ergo h̄c vana z mamato
feramꝝ nos ad solā m̄s̄icōne eozū que finē nō h̄nt.
Dicamꝝ q̄ cū ap̄to. nō habemꝝ h̄c manētē ciuitatē
s̄ futura m̄q̄rimꝝ Vita h̄c m̄s̄ea est mors m̄ta subi
to obrepit̄ z post h̄c nō nisi luctus z ve. z negligētia
sup̄plia in et̄nū lugeda. **E**tte t̄m̄e mūdū tr̄s̄it̄ z q̄
p̄stētia eius. **Q**uid ergo vis vtrū amāe t̄pa z t̄s̄iē
tū tpe. **A**n x̄pm̄ amare z viuē in et̄nū. **C**arnales
aut̄ idēto p̄n̄cia diligūt̄. q̄ vita carnis q̄ fugitiā
sit m̄ime p̄edūt. nā si velocitatē tr̄s̄it̄ eius asp̄
cent̄ h̄c etiā p̄p̄eantē m̄ime amaret. **C**ogitacō
q̄m̄pe ventura despiciūt. sp̄e totā in rebus t̄s̄cū
tibꝝ ponūt. habē nulla n̄ que p̄t̄nt̄ p̄t̄nt̄ q̄rup̄
cūt. **I**ā morti app̄inquāt̄ z t̄n̄ curāe que mūdū sūt
nō des̄mūt. q̄ sp̄es viuēdi nō fr̄gūt̄ etiā cū vita
t̄m̄at̄ dure et̄m̄ m̄eti abeē mors longe credit̄ e
tiā cū sentit̄. **O** dilassie si a carnalibꝝ m̄tibꝝ h̄c vi
ta m̄s̄ea caduta z momentanea t̄m̄ diligūt̄ vbi nō
est n̄ labor vanitas z afflictio sp̄is. **Q**uātomagis
amāe debemꝝ illā vitā et̄nā vbi nulla pena v̄mo
nullꝝ dolor sustinebit̄. **D**espice mūdū viuē sc̄dm̄
dogmata dei. **A**d paradisu d̄rige visu post̄e docē
Pteit̄ iste dies nescit̄ origo sc̄di. **A**n labor an re
q̄es sic tr̄s̄it̄ gloria mūdū. **C**urramꝝ ergo ad braui
it̄ vite et̄ne sc̄dm̄ x̄pm̄. nō sūt h̄c v̄ea solacia s̄ ibi
potius vbi v̄ea est vita. **D**espice cūcta t̄p̄alia z ce
lestū amore flagremꝝ. **N**ichil aliud in hac vita
meditemꝝ n̄ q̄ z h̄c nō semp̄ eimꝝ z ibi nob̄ locū

94

bene uiuendo pparem qd nūq̄ m̄grem q̄tem sic
curſu mō ſalubrit' depoſito ſmalit' q̄phēdamq̄

Strūdū qd' nos incitat ad curredū est bonitas
hospitiū ad qd' p̄p̄amq̄. Solet em̄ p̄ḡnates
tota die letat' ambulāe z labore ſui it̄meis le
uē ducē qn̄ ſp̄eant de nocte bonū hospitiū m
ueniē. Ita z nos quibz celū p̄pat' in p̄m̄tū nō cauſa
bom̄ p̄t' uie difficultatē nē labore citam̄nū. ſ; ſp̄e
illiq̄ bom̄ ad qd' tendimq̄ q̄q̄ nobis in uia q̄tigit gau
de debemq̄. Tanta est em̄ iocūditas uite z lucis et̄ne
ſo est magnūbit ueritatis z ſapientie. Tanta est pul
chritudo iuſtiae ut ſi nō licet in ea amplius manē
q̄ om̄q̄ diei hora p̄t' hō ſolū inuicabiles q̄m̄ huius ui
te plem̄ delictis et̄ affluētia bonozū t̄paliū rē merito
q̄ q̄tep̄nēt. ſ; auguſtini. In ciuitate d̄m̄ ſonat iu
git' ſcōzū organa ibi influētia deliciarū ibi diuitia
rū affluētia z ſupefluētia om̄is bom̄. Quis ciuitatis
ſupefluētēs diuitias z delicias deſcribēs ait. **C**iui
tas celeſtis. maſio ſecura. p̄ria totū q̄tmes qd' delictat
Incole quieti z p̄tius ſine murmure. hōies nullā m
dugētia habētēs. q̄ glorioſa d̄ca ſūt de te ciuitas dei
Sicut letariū om̄ habitatio est in te. Est em̄ ibi pax
pietas bonitas lux p̄tq̄. honeſtas gaudia leticie. dul
cedo uita p̄hēms. gloria. laus. v̄tus. requies. Amor
gratia dulcis. Quid ergo nos angit veſama uicio
rū. ſinē abſintheū huius mundi. ſequi naufragiū. in
pie tirāndis ferre d̄m̄. z nō magis quolāe ad an
gelozū ſonētate. ſcōzū ſplendore. regis potētis hōre.
feſtiniemq̄ igit' ad locū tutioze. ad agrū v̄beioze. ad
paſtū ſamozē. ut habitemq̄ ſine metu. **I**ndem̄ habū
demq̄ ſine deſū. epulem̄ ſine faſtidio. ſuſpirem̄ ſine
hinc p̄rie z ſuſpirio gemamq̄. ut v̄btate domq̄ illiq̄
m̄t' mebzati illā ſalte cordis deſideio q̄tū libz ac
tingamq̄. ut ſit dice ualeamq̄ cū apto m̄ā q̄uſario
m̄reliis est. Qui ergo mō nō gemit p̄ḡnq̄ nō gau
debit poſtea cuius domeſtica. **P**er faciamq̄ moza

in currendo. scilicet. dū nō est hodie cras nūq̄ aptus est ne
cū fatuus v̄gimbq̄ excludam̄ ab introitu celestis glo
rie. Qui em̄ fructū sue qūsacōnis usq̄ ad finē vite
p̄trahūt v̄ro z valde difficult̄ veniā q̄sequūt. q̄ ta
les nō ex amore dei vidēt̄ peitē s̄ magis ex nēcē
te p̄p̄ timore pene z mortis. Vñ aut̄ augustinus. Cō
die clamat̄ sacerdotes mors uēit finis adest z nullus
audit. Cū aut̄ egrotat̄ ad mortē vocat̄ sacerdotē z tūc
volūt̄ q̄fitei z agē p̄māz cū tēp̄ nō est recedūt vacu
q̄ nō p̄p̄ odiū p̄cī s̄ p̄p̄ timore mortis volūt̄ agē
p̄māz. Tu ergo hūmē que dñs edurit de uz̄ calde
ozū id ē mētuo v̄tiorū z m̄durit̄ in t̄rā bonā mel
le z lacte manāre id ē ad religiōne in qua cotidie spū
alis dulcedis p̄cipē potes alimēta. Scude agē dignos
fructus p̄mē repando p̄ p̄mē lamēta q̄q̄ in te destruy
isti p̄ p̄cā. scilicet sufficit mores in melius q̄m̄re z a
factis malis recede n̄ de hys malis que frā sūt sa
tisfaciat quis dñō p̄ p̄mē dolore. p̄ hūi lūalis gem
tū p̄ q̄triti cordis sacrificiū. Om̄ em̄ vigilātia satage
placē deo z cotidie ad celestē p̄māz mētē t̄n̄s̄ q̄tēnq̄
desideādo z etiā flendo ac bonis opibq̄ m̄stredo ad
hāc possis p̄māz p̄uenire

Confrā qd̄ sollicitat̄ nos ad currendū est multitu
do z sublimitas p̄sonarū expectāciū nos cur
retes z etiā spectāciū z m̄tuecū n̄m̄ cursū. Vñ
dicit bernardus. Expectant nos angeli ut eo
rū ruma restauzet̄. Sci ut̄ eozū gloria q̄pleat̄. Deus
pat̄ nos expectat̄ q̄ filios z hēdes quos sup̄ oīa bona
sua q̄stituet̄ filij q̄ frēs z cohēdes ut fr̄m̄ naturalis
z p̄cū sui sanguis nobis impēdat z p̄ nobis p̄
suo offeāt. Et ip̄e spūs scūs qui est caritas z benignitas
in q̄ nos pat̄ ab et̄no p̄destināuit uer̄ dubiū q̄m̄ p̄des
tmatōne implei velit. Qualit̄ curret aliquis ad aque
locū p̄ntis m̄seie si sciet̄ se ibi expectari a beata v̄gīe
Qualit̄ ergo debemq̄ currē ad locū delinarū ubi tot
z tān̄ nos expectant. Valde etiā v̄m̄tūq̄ ad deū venie
cupiēti expedit ut nō solū attēdat deū tāq̄ adiutore

tuū. s; eadē tāq; om̄ opm̄ suorū inspectore. Rā q̄s̄ideācio
 suū asp̄ctū sup̄ opa n̄ra h̄c bona in hoīe facit. P̄mo sibi
 timore incutit & a peccō r̄trahit. Nullus em̄ audeat furari
 in oculis hom̄i uel in asp̄ctū iudicis. s; tom̄ magis cōfidi
 debet aq; turpe q̄mittere an̄ diuinū asp̄ctū. Vñ dicit
bernardus. Quous angulo quib; diuisoria tuentia ha
be angelo tuo ne illo p̄nte audeas qd' me p̄nte nō au
des vñ bernardus. Est magnū q̄silij angeli cui pa
tes est ois angulq; ite quidā b̄sificator dicit. Tu quid
turpe facis si me spectate rubes. Cur spectate deo nō
magis tpe rubes. S̄do ista q̄s̄ideācio hom̄ie ad stre
nuē op̄andu p̄uot. Vñ dicit boeciū. Magna nob; si dis
sillare uolūm; m̄dē ē ueritas p̄uitatis. cū an̄ oculos
agm; cūcta t̄netis. In cūctis ergo que cogitādo uel lo
q̄do uel agēdo delinq̄m; asp̄ctū sup̄m̄ iudicis uel hemē
t' formidāe debem; qz & aq̄n nō apparet n̄ra uicia il
luis tū oculis nuda sūt & apta

Quartū qd' nos impellit ad currendū est ama
 ritudo p̄ntis sc̄li & correptō flagellozū. Ma
 la autē que nos h̄c p̄mūt ad deū t̄m; me q̄
 pellūt. ut gregoriū. Ecce mūd; qui q̄dā
delictōe sui nos tenuit & ab amore dei nos retraxit
tot miseris plenus est. qz s; nos ad deū mittit. To
tepnēd; est h̄ mūdus si p̄speis demulcet & aīo blan
diet. nūc autē cū tot laborib; am̄ pulsat tot fatiga
tōib; & adūsitatib; m̄getat & tot cotidie dolores in
gerat q' aliud q' ne diligit & clamat. Vñ gregorius
Quonūq; em̄ se utit hō in rebus t̄rens am̄itudiez
muciet vñ dulcescat mūd; nō habz. Sol; ergo de; q̄
dulcescat ut totū uilescat. In h̄eam; illi qui fecit nos
& patē habebim;. S; si cor n̄m̄ eet q̄lucūq; susp̄ctū
in illā ineffabile gloriā dei & p̄gnatōne n̄rāz sen
tiem; utiq; sc̄līm nō amaem;. S; cū psalmista cātaē
m; Sup̄ flumina babilonis illic sedebim; p̄mo se
debim; & fleuim; dū r̄cordaem; syon. S; q' miseri sūt

qui eriliu p pzia diligunt **in** gregozia pullus pntis
vite mala sicut sut conspire pualet. Si bona etne
pzie p qteplacomb gustu n' du aspice valet. **It** qz
goria Dulce e ee m rebus huams eis q' de celestibz
nulla dulcediez sut expti. qz du mes huana mmis
etna etna diligit tato dulcia m tpalibz requiescit.
Si si quis cu cordis lingua gustauit que sit illa dul
cedo celestiu pmozu. huic qto dulcia sit q' mty vidz
tato m amantudie pnt' oe qd' foris sustinet. Ex isto
ergo patet q' amantudo pntis feli est sepe occasio et
ne salutis. Tu em moleste m huius vite fragilitate
crebrescut etna reqe desiderare apellat. quidus quip
pe ut ipse augustinus ait. piculosior est blandq q' moles
tus z magis est cauenda cu se illuc diligit q' cu amonet
cogitq' qtempm. **Et** eos etia suos dñs m mudo pmit
tit tribulati z flagellati ut eos a miseria vite pntis ab
strahat z tanto studiosiq' supna requirat qto eis am
pliq' pntis vite qmoda negat. multis em de causis
deus iustos flagellat m hac vita. **P**ra est ut eos ad
hereditate erudiat z ad amore sui trahat z accedat. **In**
dicit bñs gregozia multos pdidit pspertas quos ad
deu traxit pñsitas. vita pñs est via p q' ad pziat te
dimiq'. **E**t idco occulto iudicio frequi pñsioe qtermi
ne via p pzia eligamq. Solet naq' nonnulli viatores
cu amena fortasse pziata m itme aspiciunt pgedi mo
ras inerte z a cepti itmeis ritudie declinare. eozuq'
gressus tardat pulchritudo itmeis cu deltat. **Et** eis er
go suis ad se pgedibz dñs hq' mudi iter facit asperu ne si
oblectet' m via obliuiscat' eozu que desiderabat m pzia
h' gregozia **R**egat' igit' elcis m hac vita bona trena
qz z egris quibz spes viuendi est neq' a medico curta
que appetit coreduat'. **D**at' em reprobis bona que m hac
vita appetur qz z desparis egris omne qd' desiderant no
negat'. **N**o igit' turbet' iusti si mali floreat m hoc
mudo z ipi pmat' s' intelligat' m nonissis eozu et

98
pedat tormeta que eis parata sunt et nequiter eorum felicitati que ut fumus evanescit iudeat. **Unde** gregorius festina consolatio bonorum est finis malorum. **Dum** enim ex eorum multitudine mala aspiciunt quod evadunt leve estimant quod ad usum in hac vita parant. **Secunda** causa est ut homini sui status qualitate demonstrat. **Unde** dicit gregorius. **Sola** pena interrogat an quis quietus veat. **Diligat** quia multi qui tenent dominum cum eis bene fecerit sed in misericordiam non subsistunt. **In** hac ergo vita dum sumus et flagellis atque vitis ceptum nostre est. **Sive** enim in laboribus flagellorum sive in certaminibus victorum non solum nostra nobis infirmitas innotescit sed etiam in quanta virtute proficimus cognoscimus. **Nemo** quippe vires suas in pace cognoscit. **Si** enim desunt bella virtutes exprimita non possunt. **Impudens** miles est qui forte se in pace gloriatur. **Nemo** quantum profecerit nisi in adversa cognoscit. **Cum** enim assueti prospera vitam tenent non possunt documenta habere. **Unde** gregorius. **Tercia** causa est ut eos a quibusdam malis purget et eterne mortis ardorem pena redimat temporalis. **Unde** dicit gregorius in omelia. **Mala** lazarum purgantur ignis morie et bona divitis remunerantur felicitas transiens vite. **illam** paupertas affluit et terret. **istam** habundantiam remunerantur et repulit. **Ita** ergo viri temporales penas lucrum sibi reputant quod per has eterne penas evadere non ignorant et eo se sentiunt filios dei qui illos castigant flagella discipline. **Scriptum** est enim quem deus amat corripit. **Flagellat** autem omnem filium quem recipit. **Cum** vero prospera huius mundi sibi superere aspiciunt. **timet** ne hic laborum suorum fructus recipiant et ab eterna hereditate repellantur. **Et** ergo beatus augustinus oravit dicens. **Domine** huius vite huius seculi ut in eterna pace. **Quarta** causa quare dominus electos suos huius tribulationibus et flagellis cruciatum permittit est ut eos in futura gloria ampliori premio remuneret et exaltet. **Quinto** enim huius durior fuit pugna tanto

postmodū glorioſior eſt corona In ho mūdo q̄ in cer
tamē poſiti ſumꝫ Et qui plagas aut dolores aut tri
bulacōnes nō ſuſcepit in futuro glorioſꝫ nō appaēbu
t. Libent' ergo debemꝫ aduſa ⁊ flagella ſuſtinē in p̄
ti ut futura gloria nobis ſuet. nō em̄ iudicabit
dn̄s his iudicium. **S**portet em̄ xp̄m pati ⁊ ſic m̄re
in gloria ſua. Quō ergo nos nec patiedo nec vici
reſiſtēdo intremꝫ in gloria nō m̄az ſꝫ alienā. Si
igit' tamē tribulacōnes ⁊ anguſtie veniēnt ſuper
te noli turbai a puſillānimitate ſpūs ⁊ tēpeſtare.
ſꝫ cogita q̄ta redeptor m̄ tormēta inocēt' p̄tulit ab
his quos creauit. Quāde ergo rēnuat hō flagellai
p̄ malis ſuis q̄m xp̄us tāta mala ſuſtinuit p̄ malis
aliens diluēdis. p̄ua tolleamꝫ ut quidā ſc̄us ait. Si
recoꝝd' em̄ q̄ bibeit ad patꝫbulū qui nos mutat
ad celū. **C**onſiderare etiā debes q̄ iuſta ſūt cūcta q̄
patimꝫ q̄ q̄q̄ nobis accidit illo ordm̄ate ergo nos
agimꝫ cui nō n̄ iuſta placēt. Si igit' iuſta dn̄a pla
cēt ſimꝫ pati at nulla n̄ que dn̄o placeꝫ placemꝫ
poſſimꝫ. iuſta ſūt cūcta que patimꝫ. Et valde iuſtū
eſt ſi de iuſta paſſione murmurē. **S**tude ergo
tamē labores ⁊ dolores paciēt' tollere n̄mo gau
dēt' amplecti quatenꝫ ſic curredo vitā etnā cū oibꝫ
ſc̄is poſſis cōphēde.

Quintū qd' nos iuuit ad currendū eſt hoſtū
nos p̄ſeq̄cū multiplicitas ⁊ crudelitas.
dn̄s dicit qdā v̄ſificator. Roſ verat' t̄plū
certamē tres inimici. Serpes antiquus
caro lubrica mūdḡ iniquꝫ. **D**abolus ſugget a
māra ſꝫ ira ac rācore ⁊ deſpācōne. Caro aut' mol
liora ⁊ mūdḡ bana. Iſti tres inimici impugnat' co
tidie ſc̄os ⁊ p̄ſequūt'. nūc qdā apte nūc occulte qui
dū eos tēptacōibꝫ pulſat ad illā p̄riaz appetēdā am
plius accēdūt vbi eſt requies a laboribꝫ. par' ab

hostibus ubi nulla est temptatio immuni. nec peccandi
 voluntas. nec delinquendi facultas. **D**um enim quisque elatus
 temptatione gaudet ad orationis studium excitatur et ad auer-
 sionem dei confugit tunc sentit se a deo adiuvatum et protegi. pro-
 pter hoc in eius amore exardescit et in maiore confidentia
 ipsius exarscit. **S**icut temptatio que videbatur esse adu-
 sa fit prospera dum pervenit ad meliora. **M**ultis quippe
 de causis permittit dominus in hac vita suos tentari. **P**ri-
 ma est ut habeat occasionem eos coronandi et copiose
 remunerandi. **V**nde dicit **Hieronymus** Quis sanctorum sine cer-
 timine coronatus fuit. **S**olus salomon in deliciis fuit
 et ideo forte corruit. **I**te **bernardus** scire est ut veiat
 temptationes. **Q**uis enim coronabitur nisi qui legitime cer-
 taverit. **Q**uo ergo certabitur si desit quis impugnet.
Tu vero accedens ad firmitatem sta in timore et ipsa animarum
 tua ad temptationem certatque sis quod omnes qui pie in christo
 vivunt volunt persecutionem patienter. **S**ed causa ne in
 superbia elevetur. **S**ed sepe humanam animam quod tunclibet bre-
 vi tempore sine temptatione in bonis studiis fuit de se gra-
 dia presumit iam sibi fiduciam scitatis arrogat. iam se
 etiam idoneum ad cuncta virtutum culmina que sola cogi-
 tatione contemnit putat. **E**t ergo impulsus temptationis
 afficitur ut in eo presumptio elatio operatur et sue in-
 firmitatis elatio amoveat. **S**icut virtus in infir-
 mitate perficitur quod dum nostram infirmitatem sentimus su-
 perbie desistimus et nichil nos esse discimus quod tunc
 etiam magna agimus sed deo totum ascribimus. **T**ertia
 causa est ut torpore ab eis extiruetur et nequam sibi
 ipsis confidat. **V**nde **gregorius** Torpescit quippe animus per
 lassitudinem tanquam ut excitetur ut qui statum virtutinis
 securus perdidit afflicta et turbata confidet quo lateat
 et culpas suas agnoscat quas antea non videbat
 seu videri dissimulabat. **I**te idem **Supra** dissipatio id
 circo nos tota sibi intentione servientes permittit tem-

taū ut dū mēs nrā pulsata trepidat in solo auctoris ad
iutoris spei fidē robustiq figat. Et de nrā infirmitate
ēē sciamq qd qtm̄ z de diuio mune ēē sciamq. **Q**uōdū
aut qz quidā sūt illiq qdcoms qz qm̄ verat̄ teptacoī
bz aut alijs impedimētis occurrētibz qz tūc mms tur
bat̄ z inquieti. **I**mpacietes efficiūt̄. z isti multū er
rat̄ qz hostē suū cont̄ se puocat̄ z roborat̄. **Q**uōtō em̄
hō magis se defendit qtra canē tāto magis latrat
canis. **S**ic q̄tō hō turbat̄ plus in t̄bulacoībz tāto ma
gis ligat̄ cū eo z verat̄ eū dyabolq. **Q**uōdo aut nō
turbat̄ s̄ in pace cordis sustinet̄ hūiliādo se z cog
noscēdo se dignū t̄libz t̄bulacoībz z oē pctōzū suozū
tūc statū fugit z cedit dyabolq. **H**ūilitas em̄ z leticia
spūalis marie frāgūt arma dyaboli. **I**n dyabolus
nō ppt̄ pctm̄ solū s̄ ut hō turbet̄ qm̄qz puat̄ sibi
bulacoīes z imittit teptacoīes ut sic impediat̄ et
retrahat̄ a bono z exercitio spūali. **E**t ergo optimū ē
qm̄ hō laborat̄ teptacoībz qz tūc ad deū r̄uertat̄ z tō
lit̄ se eiꝝ volūtati inclinet̄ cū puza hūilitate ac de
ta z t̄nquilla q̄fidētia ab ipō suscipiat̄ qd̄cūqz supue
neit̄ agēdū aut sustinēdū. **I**n p̄fissimū signū p̄
fctōis aut p̄fctōis spūalis nō ē in hō qz hō multū re
uinet̄ uigilet ac alia multa fac̄ faciat. sed in isto ut
hō iueiat̄ se appetē z diligēte celestia z cōtempnē t̄rena
z sup oīa soliq dei volūtate in om̄bz appetē z se in
nullo querē uel intēde. **I**mpossibile ē ipm̄ errare a
deuāe qui se plene z pure q̄mittit in om̄bz diuīe
volūtati. **P**retēa te scie volo qz ad cogitacoīes t̄les
tuzpes z mutiles t̄pliat̄ se p̄t habē hō. **A**liqn̄ ē oī
no sup eas puta qm̄ mēs adeo fortis ē qz nō eas nō
curat̄ n̄ ipediūt̄ n̄ distrahūt̄ ipm̄. **S**edō ē in ipis s̄z
qm̄ stat̄ in mēte z volūt̄ ipediē exercitiū eiꝝ s̄ t̄n hō dat̄
diligētē opam ne ipediat̄ autēdo mēte a t̄libz et

quietudo se ad orationem uel diuinam passionem ne se ad ipsas
 quietat. Tertio est quod sub eis et homo contingit dupliciter. Uno modo uel
 quod homo admittit tales cogitationes et uoluntate consentit et
 sibi succumbit. et tunc superatus est et consumitur peccatum quod de
 creuit sic facit sicut cogitationes sibi suggerunt. Alio modo quod
 manet in homine quod uoluntate et displicet sibi. In quo non
 uincit non expelle potest eas. **hinc** sustinet humiliter tamen quida
 pena sibi inflata pro peccatis suis et tunc non sunt peptorie
 et penose sed potius sunt purgatorie et cedunt homini ad aug
 mentum mentis. et homo est optimus quod homo potest facere quod tales co
 gitaciones non potest a se expelle quod homo se humiliet et humili
 et patet sustineat. **Taliter** **in** deum orans dicit sicut uis
 et sicut scis misere nobis. Iterum scire debes quod tales cogi
 taciones inuide non ita sunt exponende in confessione sicut
 occurrunt sed ita intimande tamen ut confessor eas intelligat
 non timeat sunt tales cogitationes quod non delant sed cruci
 ant non uere sunt sed demones qui eas suggerit et oculis cor
 dis uident. **In** non imputabunt quia ueratio hominum plerumque
 magis purgat quam maculat. Quidam enim aliquando affligit
 nec placet non facile ei in aquo nocere potest. Quicunque er
 go talia uel etiam leuia que non sunt peccanda frequenter
 et subtiliter confitetur uellet et cordis scrupulum in homo sequi ut
 homo faceret non aliter cordis pacem habere posset tanto uires in
 imo quia se daret ut pro homo tependo eum amplius affliget
 Et quod quia quibus curat ut medici dicunt. sollicitus oport
 tet obsequare ut quicunque parte homo ponit est ad malum uel tep
 tati se sentit sepe ubi gratia apponat ut ubi gratia. Si
 scrupulosus sit confidere et libertati studeat. Si inuidia
 impetu et amotione timeat et tranquillitati et mansue
 tudini omnibus modis nitatur et de alijs faciat. **Raliter**
 enim quod omnem temptationum insultum uale possent et triumphum
 optime. put pulchre docet in quada figura quod habet
 in primo libro regum ubi sic legitur. **Et** cum dauid quod goliath
 gigante singulari etiam intire uellet. saul eum ar
 mis suis induit sed quod non habuit habuit consuetudinem

portandi arma ista statim deposuit. et baculū z perā nō
z quinqz lapides de torrete accepit. quozū t'bz p'ictū
in t'no golūā p'ussū p'stūit. Sic reueā si cont' golūā id
est q' dyabolū q' cotidie nobis p' tēptacōnes insultat
p'uale volūmā n'cē ē q' arma saul id ē bona t'palia
h'p' moī mētalit' dimittamz n' eas amādo possideamz
nā mētal' sūt hoīez dyabolo subicit ut m'p'raē opibus
z habēdi in amore supari. q'd'qz baculū id ē mēozū
d'ncē passiois assumamz. z quinqz lapides id ē quinqz
vlnēā xpī de torrete sue passiois in peā m'e q'st'ie
reponamz. Quia em' si ipm' cū istis id ē cū passiois
xpī mēozū in frōte hō ē d'c'm in p'ncipio q'n nob' tēp
tāe incipit p'cutimz facili' q' ipm' p'ualemz. Quia
p' certo q'n hō in p'ncipio tēptacōis xpī passioē cru
cē q' ipm' atqz vlnēā adducit ad mēozū facili' de ipō
hoste reportat tū p'hū z victoriā. Etā golūas id ē dy
abolū cū p'pō gladio m'fuit' q'n tēptacō q' credit hoīez
in mēte occidē. f'at hoīez magis huīle in q'rtū q'sideat
se eē fragile z oīno de p'p'is v'ibz succūbētē. Esto igit'
h'mē fortis in bello z pugna vilit' cū aliquo sp'ete
im'edo adiutorio altissi ut sic coronā vilit' agomzā
tibz z ctātibz p' noīe xpī r'pōitā coseq' mēals. Et di
cē possis cū apto bonū ctānē ctāui cursū q'sumamz
ideo ē m' p'ōitā coronā iustitiē q' r'ddet in iustā iudex
in illū diē. *Amē de impedimētis cursus spūalis.*

Postremo r'stat vidē de h'ys q' cursū nr'm spū
ale impeduit z p'fctm nr'm m'cepuit. Circa
qd' ē sciendū q' impedimēta t'ra h'ctā nob' a
p'fctū z q'setucōē v'itū z spūaliū bonozū sūt
sp'ialit' q'tuor. Omū ē m'ma carnis d'licio p'p' q' timēt
sustine' aliqz aspeitatis uel laboris. Sūt em' quidā qui
postqz carnes suas d'edicauerūt. delicate nutriūt et
bladiqz fouēt. et t'les nō assurgūt ad f'ctm spūaliū
bonozū s' semp manēt iopes et aidi oīnis v'oi spū

alio. **R**isi em̄ gñū frumētū cadēs in trā mortuū fuit
 ipm̄ solū manet. **H**o ē vbi is qui spūalis eē desideat
 nisi cupiscētis carnalibz moriat̄ z rñūciat. copiosū
 frim̄ spūaliū bonozū nō refet s̄ manet sicut concha
 sine nucleo. z lapis sine oleo. fca fatua arbor iūtilis.
Qui em̄ in carne sciāt de carne metet corrupōne
 in em̄ q̄ t̄rens q̄ modis in hñat. celesti q̄ solacōne pūā
 z sapiēcia nō r̄pit̄ in trā suauit̄ viuētū aut vtrū
 id. Quia q̄ huius vite voluptatibz pastit̄ celesti q̄ so
 lacōe r̄fouei nō met̄. z ab intellcū etne sapiēcie lon
 ge sepat̄. **In bñardz** Quicūqz in carne sūt siue in
 habitu siue eē habitū religionis si verqz ē p̄mo qz
 verqz ē aptus deo placē nō pnt. Multū em̄ cit̄ p̄fōm
 p̄ficiat r̄mo nit̄ p̄fōm vehemet̄ deficiat cuius deus ve
 t̄ ē. qui curā carnis sup modū sectat̄. **Itē gregorius**
Risi quisqz a seipō deficiat. ad eū q̄ sup ipm̄ ē non
 appm̄quat n̄ valet apphēdē qd̄ sup ipm̄ ē q̄ nescit
 mactāe qd̄ ipē ē. **R**emo quippe spūalis vite culmē
 attingit qui p̄ voluptates z infima carnis sue desidei
 a defluit. **E**t qui h̄ p̄ v̄tutibz adipiscētis laborē pūū
 sustinē r̄fuguit post mortē q̄uē dolorē z cruciatū tol
 leabūt. **Sā teste beato Job** Qui timet p̄uiniā veniet
 sup eū n̄. **H**o est q̄ h̄ p̄ tpalē laborē p̄mē tpalit̄ affli
 gi metuit. n̄ tolleabilē penā ad n̄mqz purgatorij nō
 euadet. **M**agnis em̄ piculis expōiti sūt z facile a dy
 abolo laq̄at̄ qui circa curā carnis sue n̄mqz occupat̄.
Qua p̄t h̄mē stude iur̄ r̄gulā nr̄az carnē tuā edo
 māe. **A**bstinēcia tibi z potus q̄stū valitudo p̄mittit
 ut possis in n̄ito elcōzū dei q̄pūri. **Q**ui em̄ xpi sūt car
 nē suā crucifixerūt cū vicijs z v̄tutū p̄fōnē assecuti
